



**Q. SEPTIMII|| FLORENTIS|| TERTVLLIANI||
CARTHAGINIENSIS|| PRESBYTERI, OPERA|| QVÆ
HACTENVS REPERIRI|| POTVERVNT OMNIA:||**

Tertullianus, Quintus Septimius Florens

Antverpiae, 1584

Aduersus Gnosticos Scorpiacum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73633)

ac magnis voluminum suorum molibus veluti quibusdam fulminibus euerit. Nominatim etiam non modo eius meminit, sed & argumentum paucis recenset ipsa Auctoris verbis B. Hieronymus lib. adu. Vigilantium: Scribit, inquit, aduersus haeresim tuam, quae erupit aduersus Ecclesiam (ne & in hoc quasi repertor nani sceleris glorieris) Tertullianus vir eruditiss. insigne volumen, quod SCORPIACVM vocat rectiss. nomine; quia arcuato vulnere in Ecclesiae corpus venena diffudit, quae olim appellabatur Caiana haeresis (sic enim castigo, contra quam alij haec tenus qui in Indice B. Hieron. adnotarunt, Tertullianum hoc volumine venena in Ecclesiae corpus diffusisse, quem ipse potius pro Ecclesia, ac Caiana haeresis aduersus eam venena sua diffuderit) & multo tempore deponens vel sepulta, nunc à Dormitione suscitata est. Miror quod non dicas: nequaquam perpetranda Martyria; Deum qui sanguinem hircorum taurorumque non querat, multo magis hominum non requirere. Quod quum dixeris, immo, & si non dixeris, ita habebitis quasi dixeris. Qui enim reliquias Martynum adseris calcandas esse, prohibes sanguinem fundi, qui multo honore dignus est. Citatur denique quod sub finem huius Libri habetur de BB. Petri & Pauli Martyrio Roma, in Biblioth. SS. Patrum. Primus autem hunc aedit Joannes Gagneus Theologus in editione Parisiensis; deinde castigauit satis egregie Sigismundus Gelenius ex Codice Britannico; nos denique ex conjecturis nostris, ac Dominorum Latinij & Harrisij denuo recognitum, Argumento & Adnotationibus nouis adornauiimus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS
PRESBYTERI ADVERSUS GNOSTICOS
Scorpiacum, ² de bono Martyrij.

MAGNUM ⁴ de modico malum Scorpii terra suppurat; tot venena, quot C. P. I.
ingenia; tot perniciis, quot & species, tot dolores, quot & colores Ni-
cander scribit & pingit, & tamen unus omnium violentiae gestus de cau-
da nocere; qua cauda erit, quodcumque de postumo corporis propa-
gatur, & verberat. Proinde scorpij series illa nodorum venenata intrin-
secus venula subtilis, arcuato impetu insurgens, hamatile spiculum in
summo tormenti ratione restringens. ⁶ Vnde & bellicam machinam, retractu tela vege-
tantem de scorpio nominant. Id spiculum & fistula est patula tenuitate, in vulnus & virus
qua figit, effundit. Familiare periculi tempus aestus, Austro & Africo saevitia velificat, ⁷ in
remediis naturalia plurimum, aliquid & magia circumligat, medicina cum ferro & po-
culo occurrit. Nam & prælibunt quidam festinando tutelam, sed concubitus exhaustit,
& denuo sitiunt. Nobis fides præsidium, si non & ipsa percutitur diffidentia lignandi sta-
tim & adiurandi, & vnguedi bestiarum calcem. Hoc denique modo etiam ethnicis sapè sub-
uenimus; donati à Deo ea potestate; quam Apostolus dedicauit, quum morsum viperæ ^{Luc. 10.}
^{Aet. 28.} spreuit. Quid ergo promittit stylus iste: si fides de suo tuta sit, & alias de suo tuta sit, quam
fusos scorpios patitur. Acerba mediocritas, & isti, & genus varium, & uno modo arman-
turi, & certo tempore subornantur, nec alio quam ardoris. Hoc apud Christianos perse-
cutio est. Quā igitur fides astutat, & Ecclesia exuritur de figura rubi, tunc Gnostici crum-
punt, tunc Valentini prosperrunt, tunc omnes Martyriorum refragatores ebulliunt,
callentes & ipsi offendere, figere, occidere. Nam quod sciant multos simplices ac rudes,
tum infirmos, plerosque vero in ventum si placuerit Christianos, numquam magis adeun-
dos sapient, quam quum aditus animæ formido laxauit; præsertim si aliqua iam atrocitas
fidei Martyrum coronauit. Itaque primò trahentes adhuc caudam, de affectibus adpli-
cant, aut quasi in vacuum flagellant. ⁹ Hæcne pati homines innocentes, ut pura fratrem

OOO iiiij

„ aut de melioribus ethicum; siccine tractari sedet nemini molestam. Dehinc adiungit: pe. D
„ rite homines sine causa. Perire enim & sine causa, prima fixura; Exinde iam cadunt. Sed
„ nesciunt simplices animæ quid quomodo scriptum sit, vbi, & quando, & coram quibus
„ confitendum; nisi quid nec simplicitas ista, sed vanitas; immo dementia pro Deo mori,
„ vt qui me saluum faciat; si is occidit, quis salutem facere debet? Semel Christus pro no-
„ bis obiit, semel occisus est ne occideremur. Si vicem reperit, num & ille salutem de mea
„ nece exspectat? An Deus hominum sanguinem flagitat, maximè si taurorum & hircorum

Psal. 49. „ recusat? Certe peccatoris poenitentiam mauult quam mortem. Et quomodo peccatorum
Osee 6. „ nos desiderat mortem? Hæc etsi qua alia adiumenta hæreticorum venenorum, quem non
vel in scrupulum figant, si non in exitum, vel in bilem, si non in mortem. At tu, si fides vi-
gilat,¹⁰ ibidem Scorpio pro sole, ~~an~~athema inlidito, & relinquio in suo sopore morien-
tem. Ceterum si plagam satiauerit, intimat virus & properat in viscera, statim omnes pri-
stini sensus retorpetunt, sanguis animi gelascit, carne spiritus exolescit, naufragia nominis
inacrescit. Iam & ipsa mens sibi quo vomat querit, vt quæ ita semel infirmatae quoque
percussa fauciataam fidem vel in hæresim vel in seculum expuat: & in præsentiarum ellu-
dius ardor,¹¹ ipsa canicula persecutionis ab isto scilicet cynocephalo.¹² Alios ignis, alios
gladius, alios bestiæ Christianos probauerunt: alij fusibus intorm & vngulis infuso de-
gustato martyrio, in carcere esuriunt, nos ipsius lepros, destinata venatio de longinquitate
obsidemur, & hæretici ex more grafsantur. Itaque tempus admonuit¹³ aduersus noctis
bestiolas nostras. *S. CORPIACVM* stylo temperare; qui legeris, biberis. Nec amarum po-
tio. si eloquia Domini dulcia super mella & fauos, inde pigmenta sunt: si laete & melle
promissio Dei manat, hoc sapiunt qua illuc faciunt. Væ autem qui dulce in amarum, &
lumen in tenebras conuertunt. Perinde enim & qui martyrii refragantur, salutem per-
titionem interpretantes, tam dulce in amarum, quam lucem in tenebras reformant, ange-
ita miserrimam hanc vitam illi beatissimæ præuertendo, tam amarum pro dulci, qua-
CAP. II. tenebras pro luce supponunt. [¹⁴ Sed nondum DE BONO MARTYRII, nisi dicto
primum; nec antè de utilitate eius, quam de necessitate descendit. Auctoritas diuinæ pre-
cedit, an tale quid voluerit atque mandauerit Deus, vt qui negant bonum, non fundan-
tur ad commodum, & si quum subacti fuerint,¹⁵ Ad officium hæreticos compelli, moni-
lici dignum est. Duritie vincenda est, non suadenda. Et utique satis optimum praedi-
bitur, quod probabitur à Deo constitutum atque præceptum.¹⁶ Sustineant Euangeli
pauli per, dum radicem eorum exprimo legem, dum inde elicio Dei voluntatem, unde
Exod. 20. & ipsum recognoscere.¹⁷ Ego sum, inquit, Dominus Deus tuus quæ eduxi de terra Egyp-
ti. Non erunt tibi Dei alij præter me. Non facies tibi simulacrum eorum quæ in celo, &
Ibidem. quæ in terra deorsum, & quæ in mari infra terram. Non adorabis ea, neque seruabis. Ego
enim sum Dominus Deus tuus. Item in eadem Exodo, Ipsi vidistis quod de cœlo locum
ad vos sim. Non facietis vobis Deos aureos & argenteos. Non facietis vobis secundum
Dent. 6. hæc, Et in Deuteronomio.¹⁸ Audi Israël, Dominus Deus tuus unus est, & diliges Dominum
Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis. Et ratus, Ne
obliuiscaris Domini Dei tui, qui te eduxit de terra Egypti & domo seruitus. Domini
Deum tuum timebis, & illi famulaberis soli, & illi adglutinaberis. Et in nomine eius de-
rabis. Non ibitis post Deos aliorum & Deos nationum, quæ circum vos. quia Deus res-
lator Dominus Deus tuus in te, & ne iratus indignetur & exterminet à facie terra. Sed
Dent. 11. & proponens benedictionem & maledictionem: Benedictionem, inquit, si audieritis pre-
cepta Domini Dei vestri quæcumque ego præcipio vobis hodie: maledictionem, si erra-
ritis de via, quam mandauis vobis, vt abeuntes seruatis Deis aliis, quos non fecisti. De quibus
Ibid. 12. omnifariam extirpandis, perditione perdetis omnia loca in quibus seruierunt na-
tiones Deis, quas vos possidebitis hæreditate, super montes & colles, & arbores densas que-
que, effodieris aras earum, euertetis & communuetis staticula earum, & excidetis lucas
earum, & sculptilia Deorum ipsarum concremabitis igni, & disperdetis nomen eorum de
loco illo. Adhuc ingerit quum introissent terram promissionis, & exterminasset nationes
eius: Caue tibi ne sequaris eas posteaquam exterminatae fuerint a facie tua, ne requiri-
Dent. 13. Deos illarum, dicens: Quemadmodū faciunt nationes Deis suis, & ego ita faciam.¹⁹ Sed
& : Si ipse Propheta, inquit, exsurrexerit in te, aut somniū somniāns, & dederit tibi signū
vel ostentum, & euenerit & dixerit, eamus & seruamus Deis aliis, quos non fecisti: ne au-
diatis sermonem Prophetæ aut somniatoris illius, quia tentat vos Dominus Deus vobis.

TERTULLIA
Cum Annotationib.
PAMELA
A. V.
J. G.

A ut sciat si ex toto corde vestro, & ex tota anima vestra timeatis Deum. Post Deum vestrū abi-
tis, & hunc timebitis, & præcepta eius custodietis, & vocē eius audieris, & illi seruetis, &
illi adiiciemini. Prophetes autem & somniator ille morietur: locutus est enim ad seducen-
dum te à Domino Deo tuo.²⁰ Sed & alio capitulo.²¹ Si autem rogauerit te frater tuus ex *ibidem*,
patre vel matre, aut filius tuus, aut filia tua, aut mulier quae in gremio tuo est, aut amicus
qui anima tua par est clam dicens, Eamus & seruiamus Deis alii quos non scis, nec pa-
tres tui, ex Deis nationum quae circum te proximè sunt aut longè, ne velis ire cum illo, &
ne audieris eum. Non parcer oculus tuus super eum. Nec misereberis, nec calabis eum, ad-
nuntians adnuntiabis de eo. Manus tuæ erunt in eū imprimis ad occidendū, & manus op-
nis populi in nouissimis, & lapidabit illū, & morietur, quoniam quæsiū auertere te à Do- *ibidem*,
mino Deo tuo. Subiicit etiā de ciuitatibus, si quā ex his constitisset suās iniquorū homi-
nū transīs ad Deos alios, vt interficerentur omnes incolentes eam, & deuotamēta fierent
vniuersa eius, & colligerentur omnia spolia eius in omnes exitus eius, & igni cremarentur
cū omnibus vasis suis, & cū omni populo in cōspectu Domini Dei. Et non erit habitabilis,
inquit, in æternum, non reædificabit amplius, nec adhæredit quidquam manibus tuis
ex deuotamento eius, vt auertatur Dominus ab indignatione iræ luæ. Maledictionū quo *Dent. 27.*
que ordinem ab idolorum execratione commisit: Maledictus homo qui fecerit sculptile
aut fusile aspernamēta Domino opus manuum artificis, & collocauit illud in abscondito. *Deut. 17.*
Leuit. 19.

B In Leuitico verò:²² Non sequemini, inquit, idola, & Deos fusiles non facietis vobis. Ego *ibidem 25.*
Dominus Deus vester. Et alibi: Filii Israël famuli pueri mei; Hi sunt quos eduxi de terra
Ægypti. Ego Dominus Deus vester. Non facietis vobis manu facta, nec sculptile nec sta-
tūculū statuetis vobis. Nec lapidem scopū ponetis in terra vestra. Ego Dominus Deus ve-
ster. Et hæc quidēm prima per Moyſen Dei scita sunt ad omnes vtique pertinentia, quos-
cunque Dominus Deus Israël perinde de Ægypto superstitionisissimi seculi, & de domo
humana seruitutis eduxerit. Sed & deinceps omnes Prophetaū eiusdem Dei vocibus
sonat, eandem legem suam corundem præceptorum instaurazione cumulantis, nec aliud
primum tam principaliter denuntiantis, quām ab omni factura atque cultura idolorum
cauere, vt per David: ²³ Dei nationum argentum & aurum, oculos habent, & non vi- *psal. 95.*
dent: aures habent, nec audiunt: nares habent, nec odorantur: os, nec loquuntur: ma- *113. et 134.*
nus, nec concrestant: pedes, nec ingrediuntur. Similes erunt illis qui faciunt ea, & qui fi-
dunt in illis. [²⁴ Nec putem disceptandum an dignè Deus prohibeat nomen & hono- *C. A. P. III.*
rem suum mendacio addici. An dignè quos ab errore superstitionis auulserit, rursus in
Ægyptum regredi nolit: an dignè à se non patiatur absistere quos sibi adlegit. Ita nec illud
expectabat retractari nobis, an obseruari voluerit disciplinam quam voluit instituere, &
an merito vlciscatur desertam, quam voluit obseruatam, quando frustra instituisset, si ob-
seruari eam noluisset, & frustra obseruari voluisset, si vindicare noluisset. Sequitur enim vt
has definitiones Dei aduersus superstitiones, tam euictas quām etiam vindicatas probem,

C quoniam ex his tota martyriorum ratio constabit.²⁵ Aberat apud Deum in monte Moy-
ses, quum populus tam necessariae absentiae eius impatiens Deos sibi producere querit, *Exod. 32.*
quos potius ipse perdidit. Vrgetur Aaron, iubet inaures fœminarum suarum in ignem
conferri. Amisurū enim erant in iudicium sibi vera ornamenta aurum, Dei voces. Sa-
piens ignis effigiem vituli defundit illis, fugillans illic cor habentes, vbi & thesaurum,
apud Ægyptum scilicet inter cetera animalia ²⁶ bouis etiam cuiusdam consecratricem.
itaque tria milia hominum à parentibus & proximis cæsa, quia tam proximum parentem
Deum offenderant, transgressionis & primordia & merita dedicauerunt. ²⁷ In Arithmis,
quum diuertisset Israël apud Sethim, abeunt libidinatum ad filias Moab, inuitantur ad *Num. 25. et*
idola vt spiritu fornicarentur. Edunt denique de pollutis eorum: dehinc & adorant Deos *1. Cor. 10.*
& Beelphegor initiantur. Ob hanc quoque idolatriam mœchiæ sororem virginis
tria milia domesticis obruncata gladiis diuinæ iræ litauerunt. ²⁸ Defuncto Iesu Na- *Iudic. 2.*
tive, derelinquunt Deum patrum suorum, & seruūt idolis Baalim & Astartis, & iratus Do-
minus tradidit eos in manibus diripientium, & diripiebantur ab illis, & venundabantur
inimicis, nec poterant omnino subsistere à facie inimicorum suorum quocunq; proce-
serant, manus erat super illos in mala, & compressati sunt valde.²⁹ Post quæ instituit super
illos Deus Critis, quos censores intelligimus; sed nec iās obaudire perseuerauerunt; vt
quis Critarum obierat, illi ad delinquendum suprà quām patres eorum abcundo post
deos aliorum, & seruendo, & adorando eos. Itaque Dominus iratus, quoniam quidem

Ind. 3.4.6. ait, transgressa est gens ista pactum meum, quod disposui patrib. eorum, & non obaudie. D
 10. O^r 13. runt voci meæ, & ego non aduertam ad auferendum virum à facie eorum ex nationibus.
 1. Reg. 2. quas reliquit deo^tens Iesus. ³⁰ Atque ita per omnes penè annales Critarum, & deinceps
 3. R^eg. 13.4^c Regum, reseruatis gentium circumcolatum viribus, bello & captiuitate & iugo Allophili
 20. O^r 4. lororum ira dispesauit Israël, quotienscunque ab illo maximè in idolatria exorbitaverunt.
 Reg. 13. 16. [³¹ Hanc igitur si a primordio constat, & prohibita te de tot tantisque preceptis, & num
 17.18.23. quam impunè commissam de tot tantisque documentis, nec ullum tam superbum crimen
 24. O^r 25. C^a n. III. apud Deum deputari, quā huiusmodi transgressionem, vltro intelligere debemus diuin
 arum & denuntiationum & executionum intentionem, iam tunc martyris patrocine
 tam non modo no^tdubitandis, verū etiam sustinendis, quib. scilicet locum fecerat pro-
 hibendo idolatriam. Alter enim martyria non evenirent, & vtique auctoritatem suam
 præstruxerat, volēs ea evenire quibus locum fecerat. Nunc enim de Dei voluntate & com-
 pungimur, & ingeminat scorpius plaga, hanc negans, hanc accusans voluntatem, vt au-
 lium Deum insinuat, cuius haec non sit voluntas: aut nostrum nihilominus destruet, cuius
 talis sit voluntas: aut omnino neget voluntatem Dei, si ipsum negare non potuerit. ³² Nos
 autem de Deo alib. dimicantes, & de relio^vo CORPORE HÆRETICÆ CIVI-
 QE DOCTRINÆ, nunc in unam speciem congregationis certas præducimus lineas, non
 alterius Dei quā Israël eam defendentes voluntatem quæ martyrii locum fecerat, ut
 ex preceptis prohibita semper, quā ex iudiciis puniæ idolatriæ. Si enim preceptum
 obseruando vim prior, hoc erit quod ammodo obseruandi præcepti preceptum, vt ap-
 tari per quod poterit obseruare præceptum, vim seilicet quæcumque mihi imminet cau-
 ti ab idolatria. Et vtique qui imponit præceptum, extorquet obsequium, non potin-
 go nolus. Te ea evenire per quæ constabit obsequium. ³³ Præscribitur mihi ne quem ali-
 um dicam, ne vel dicendo non minus lingua quā manu Deum singam: neque alii
 adorem, aut quomodo venerer præter unicum illum qui ita mandat, quæ & iubet timi-
 re, ne ab eo deferar, & de omni substantia diligere, vt pro eo moriar. ³⁴ huic sacramen-
 titan ab hostibus prouocor: par sum illis, si illis manus dedero, hoc defendendo deggo
 in acie, vulneror, concidor, occidor. Quis hunc militi suo exitu voluit, nisi qui tali cuni-
 cramento consignauit? ³⁵ Habet igitur Dei mei voluntatem: occursum est huic plagi
 alium iustum confidemus de voluntatis qualitate. longū est vt Deum meum BONUM
 OSTENDAM, QVOD IAM A NOBIS DIDICERVNT MARCIONITÆ, Deum in-
 rim sufficit dici, vt necesse sit bonum credi: malum enim Deum quis præsumperit, con-
 stare in utroque non poterit: aut Deum negare debebit, quem malum existimat: auto
 num dicere, quā Deum pronuntiarit. Bona igitur erit & volūtas eius, qui nisi bonus, pon-
 erit Deus. Probabit hoc etiam ipsius rei bonitas, quā Deus voluit, martyr dico. Quia non
 nisi bonus, voluit bonū. Bonū contendō martyrium apud cuncte Deum, à quo & prohibe-
 tur & punitur idolatria. Obnititur enim & aduersatur idolatriæ martyriū: malo autem
 obniti & aduersari nisi bonum non potest, non quasi negemus esse emulacionem, tam
 lorū inter se, quā & bonorum. Sed alia conditio est huius tituli. Martyrium enim con-
 de communī aliqua militia certat cū idolatria, sed de sua gratia. Liberat enim ab idol-
 tria: quod a malo liberat, qui non bonum pronuntiabit: quid aliud est aduersatio idolatriæ
 atque martyrii, quā mortis & vita in tātum vita martyrio deputabitur, quantū mori
 idolatria. Virū qui malum dixerit, habet mortem, quam bonū dicas. Est & hac pen-
 fitas homini salutaria excutere, exitiosa suscipere, periculosa quæque medicamina vitare,
 mori denique citius quā curari desiderare. ³⁷ Nā & medicina præsidū plures qui refugiantur
 plures stulti, plures timidi, & male verecundi. Et est planè quasi saevitia Medicina de calpe:
 lo dēque cauterio, de sinapis incēdio, nō tamē secari, injuri & extendi, morderique iherere
 malū, quia dolores viles adfert. Nec quia tantum modò contristat, recusabit, sed quia
 cessario contristat, adhibebitur. Horrorem operis fructus excusat, vltulans denique ille, &
 gemēs & mugiens inter manus medici, postmodū cādē mercede cumulabit, & artifices
 optimas prædicabit, & sāuas iā negabunt. Et si martyria deserviunt, sed in salutem: licet sit
 Deo in vijam aeternam per ignes & gladios & acerba quæque curare. ³⁸ Sed medici quae
 que miraberis etiam in illo, quod fermè pares adhibet qualitates medelarum aduentus
 querelarum, quum quasi de peruerso auxiliatur, per ea subueniens per quæ le-
 doratur. Nam & calores caloribus amplius onerando compescit, & ardores siti potius
 macerando restringit, & fellis excessus amaris quibusque potionibus colligit, &
 fanguinis

TERTULLIA
 Cum Annotationib.
 PAMELDI
 AN.
 16.

A sanguinis fluxus defusa insuper venula reuocat. Deum vero & quidem Zeloten culpan-
dum existimabis, si voluit certasse cum causa, & iniuria & mulando prodefe, mortem
morte dissoluere, occisionem occidente dispargere, tormentis tormenta discutere, sup-
plicia suppliciis evaporare, vitam auferendo conferre, carnem laddendo iuuare, animam
cripido seruare, peruersitas quam putas, ratio est, quod saevitiam existimas, gratia est. Ita
Deo de momentaneis aeterna meditante, magnifica bono tuo Deum tuum: incidisti in
manus eius, sed feliciter incidisti. Incidit & ille in aegritudines tuas. Homo semper medi-
co prior negotium facit, denique sibi met ipsi periculum mortis attraxit. acceperat a Do-
mino suo ut a medico, satis vitem disciplinam secundum legem viueat, ut omnia quidem
ederet, ab una solummodo arbucula temperaret, quam ipse medicus importunam inter-
Gen. 2.
rim norat. audiuit ille quem maluit & abstinentiam rupit, edit inlicitum, & transgressionem
Gen. 3.
faturatus in mortem eructauit, dignissimus bona fide in eum perfisse qui voluit. Sed Do-
minus sustentum feruore delicti, donec tempore medicina tēparetur, paulatim remedia
composuit, omnes fidei disciplinas & ipsas aemulas virtus, verbum mortis verbo vite re-
scindentes, auditum transgressionis auditu deuotionis limantes: ita & quum mori p̄cipit
medicus ille, veternum mortis excludit. Quid grauatur pati non homo ex remedio,
quod non est tunc grauatus pati ex virtute? Displacet occidi in salutem, cui non displicuit
occidi in perditionem? Nascerabat ad antidotum, qui hiauit ad venenum? [L] Sed & cer- CAP. VI.

B tamini nomine Deus nobis martyria proponit, per quae cum aduersario experiremur, ut
a quo libenter homo elisus est, cum iam constanter elidat. Hic quoque liberalitas magis
quam acerbitas Dei praest. Eulsum enim hominem de diaboli gula perfidem, tam & in-
culcatores eius voluit efficer per virtutem: ne solummodo euasiisset, verum etiam deui-
cisset inimicum. Amauit quae vocauerat in salutem, inuitare ad gloriam: ut qui gaudeamus
liberati, exultemus etiam coronati.⁴⁰ Agonas istos, contentiosâ solennia & superstitionia
certamina Graecarum & religionum & voluptatum quanta gratia seculum celebret, etiam
Africæ liquuit.⁴¹ Adhuc Carthaginem singulæ ciuitates gratulando inquierant, donatam
Pythico agone post stadij senectutem. Ita ab ævo dignissimum creditum est studiorum ex-
perimentum committere artes, corporum & vocum præstantiam expendere præmio in-
dice, spectaculo iudice, sententia voluptate: qua nulla sunt prælia, nonnulla sunt vulnera,
pugni quassant, calces arietant, cæstus dilaniant, flagella dilacerant: nemo tamen agonis
præsidem fugillauerit, quod homines violentiæ obiectet. iniuriarunt actiones extra stadiū
sed quantum liuores illi & cruores & vibices negotiantur intendis, coronas scilicet, & glo-
riæ & dote, priuilegia publica, stipendia ciuica, imagines, statuas, & qualem potest præsta-
re seculū de fama aeternitatē, de memoria resurrectionem. Pyctes ipse non queritur, do-
lere se non vult, corona premit vulnera, palma sanguinem obscurat, plus victoriatum est
quam iniuriatum. hunc tu Iesum existimabis, quem vides latum? Sed nec vietus ipse de a-
gonotheta casum suum reprobarit,⁴² Deum dedecepit artes & disciplinas suas educe-
re in medium, in hoc seculi spatium, in spectaculum hominibus & angelis & vniuersis po-
testatibus: carnem atque animam probare de constantia atque tolerantia: dare huic pal-
mam, huic honorem, illi ciuitatem, illi stipendum, etiam quosdam reprobare, & castiga-
tos cum ignominia summoque? Nimirum prescribes Deo, quibus temporibus, aut mo-
dis, aut locis de familia sua iudicet, quasi non & præiudicare iudici congruat. Quid nunc
si non certaminis nomine in martyria fidem exposuisset, sed proprii profectus, nonne o-
portebat illam habere aliquem speci cumulum, cui studium suum cogeret, ut cumque su-
spenderet, quo emiteretur ascendere, quum terrena quoque officia in gradu æflucent.
⁴³ Aut quomodo multæ mansiones apud patrem, si non pro varietate meritorum: quo-
modo & stella à stella distabit in gloria, nisi pro diversitate radiorum? Porro & si fidei pro-
pterea congruebat sublimitati & claritati aliqua prolatione, tale quid esse oportuerat illud
emolumen, quod magno constaret labore, cruciatu, tormento, morte. Sed respice com-
pensationem, cum caro & anima dependit, quibus in homine nihil carius est, alterum
manus Dei, alterum adflatus, ipsa dependi in profectu quorum est profectus, ipsa erogari
qua lucrificant, eadem pretia quæ & merces.⁴⁴ Prospexerat & alias Deus imbecillitates
conditionis humanae, aduersari insidias, rerum fallacias, seculi retia, etiam post lauacrum
periclitaturam fidem, perituros plerosque rursus post salutem, qui vestitum obsoletascent
nuptiale, qui facilis oculum non preparassent, qui requirendi per montes & saltus, &
humoris essent reportandi. Posuit igitur secunda solatia, & extrema præsidia dimicatio-

nem martyrij, & lacrimum sanguinis exinde securum. De cuius felicitate David: Beati quorum dimissa sunt delicta, & quorum operta sunt iniquitates. Beatus vir cui non repudierit Deus delictum.⁴⁵ Proprie enim martyribus nihil iam reputari potest, quibus in lacro ipsa vita deponitur. Sic dilectio operit multitudinem delictorum, quæ Deum scilicet diligens ex totis viribus suis, quibus in martyrio decertat: ex tota anima sua, quam pro Deo ponit, hominem martyrem excudit. Haec tu remedia, consilia, iudicia, spectacula, etiam Deiatrocitatem iudicabis. Sanguinem hominis Deus concupiscit. Et tamen autem dicere, si & homo regnum Dei, si homo certam salutem, si & homo secundam regenerationem: nulli compensatio inuidiosa est, in qua aut gratia, aut iniuria communis est ratio.

CAP. VII. [46] Incepit adhuc scorpius homicidam Deum ventilans, horrebo plane spurecum blasphemias adflatum de haeretico ore factantem: sed & talem Deum de fiducia rationis amplectar, qua ratione etiam ipse plus quam homicidam pronuntiavit ex Sophia sua persona, vocè Solomonis:⁴⁷ Sophia, inquit, iugulavit filios suos. Sophia sapientia est. Sapienter tique iugulavit dum in vitam, & rationaliter dum in gloriam. O parricidij ingenium, o sceleris artificium, o argumentum crudelitatis, quæ idcirco occidit, ne moriatur quem occiderit. Et ideo quia sequitur?⁴⁸ Sophia in exitibus canitur hymnis: Cantatur enim exodus martyrum. Sophia in plateis constantiam agit, benè enim filios suos iugulat. Super summos autem muros confusa dicit, quum quis secundum Esiam hic exclamat, Ego sum, & hic vociferatur, In nomine Iacob: & alius inscribit, In nomine Israëlis. O bonam matrem, opto & ipse in filios eius redigi, vt ab ea occidat. Opto occidi, vt filius siam. Solum autem iugulat filios suos, an & torque?⁴⁹ Audio enim & alibi dicentem Deum: Vnde illos sicut virutum argentum, & probabo illos sicuti probatur aurum. Utique per tormenta ignium, & suppliciorum, per martyrii fidei examinatoria. Scit & Apostolus qualem Deum adscriperit, quum scribit: Si ⁵⁰ Deus filio suo non pepercit, sed pro nobis tradidit illum, quomodo non & cum illo omnia condonauit nobis? Vides quomodo etiam propria filium primogenitum, & unigenitum sophia diuina iugulauerit: utique victorum immo & ceteros in vitam redaturum. Possum dicere cum sophia Dei, Christus est qui servidit pro delictis nostris, iam & semetipsam sophia trucidauit. Verba non sono solo faciunt, sed & sensu. Nec auribus tantummodo audienda sunt, sed & mentibus. Crudelem Deum qui non intelligit, credit. Quanquam & non intelligendi posita sententia est, quae non ritatem prohibeat alteri intelligendi. Quis enim, inquit, cognovit sensum Dei? aut quilibet consiliarius fuit, qui cum instruat, aut viam intelligentiae quis demonstrauit illi?⁵¹ Secundum Scytharum Dianam, aut Gallorum Mercurium, aut Afrorum Saturnum hominum via placari apud seculum liquuit. Et Latio in hodiernum Ioui media in urbe humanae fugis ingulfatur. Nec quisquam retractat, aut non rationem presumit aliquam, aut incommunabilem Dei sui voluntatem. Si noster quoque Deus propriæ hostiæ nomine martyris filii deposituasset, quis filii exprobriasset funestam religionem, & lugubres ritus, & anatomicum, & pollinctorem sacerdotem, & non beatum amplius reputasset, quem Deus commisit?

CAP. VIII. [52] Num igitur gradus infinitus, & in hoc solum prouocamus, an præcepta nostra à Deo martyria, vt eradas ratione præcepta, si præcepta cognoueris, quia nihil Deus non ratione præcepit. Siquidem honorata est apud illum mors religiorum ipsius, vt canit David, non opinor ista communis & omnium debitum. Atquin ista etiam ignominia est ex errore transgressionis & merito damnationis, sed illa quæ in ipso adiutor ex talionio religiosis, & prælio confessionis, pro iustitia & sacramento, sicut Esaias,⁵³ Vide ergo quod, quomodo perit iustus, & nemo exceptus corde, & viri iusti auferuntur, & nemo inauduerit: à facie enim iniustitiae perit iustus, & erit honor sepultura eius. Habet hic quoque & prædicationem & remunerationem martyrorum. A primordio enim iniustitiae in patitur statim vt colli Deus cepit, inuidiam religio fortita est.⁵⁴ Qui Deoplauerat, occiditur, & quidem à fratre, quod proclivius impetas alienum sanguinem infecare currit, & auctoritate, Denique non modò iustorum, verum etiam & Prophetarum.⁵⁵ David exspectatur, Hieremias fugatur,⁵⁶ Hieremias lapidatur, Esaias secatur,⁵⁷ Zacharias inter altare & adem trucidatur, perennes cruxis sui maculas silicibus adsignans.⁵⁸ Ipse clausula Legis & Heb. 11. Prophetarū, nec Prophetae, sed angelus dictus, contumeliosa cæde truncatur⁵⁹ in pulchra saltica lucar. Et utique qui spiritu Dei agebantur, ab ipso in martyria dirigebantur, etiam patiendo que & predicabant. Proinde & tria fraterritas quum dedicatio imaginis regni urbem virginis officio, non ignorauerunt quid fides, quæ sola in illis captiuæ non fuerat, exigunt.

A exigeret, moriendum scilicet aduersus idolatriam. ⁵⁷ Meminerant enim & Hieremias Barnab. 6. scribentis ad eos quibus illa captiuitas imminebat: & nunc videbitis Deos Babyloniorum aureos & argenteos & ligneos portari super humeros, ostentantes nationibus timorem. Cauete igitur ne & vos cōsimiles sitis allophylis, & timore capiamini, dum aspicitis turbas adorantes retrō eos & antē: sed dicite in animo vestro, Te Domine adorare debemus. Dan. 3. ⁵⁸ Itaque dixerunt à Deo concepta fiducia, quando vigore animi cōditionales minas regis excutiunt: Non habemus necessitatem respondendi huic tuo imperio. Et enim Deus noster quem colimus, potens eruere nos de fornace ignis, & ex manibus tuis, & tunc manifestum fieri tibi, quod neque idolo tuo famulabimur, nec imaginē tuā auream, quā statuisti, adorabimus. O martyriū & sine passione perfectum, satis pauci, satis exusti sunt, quos propterea Deus texit, ne potestatem eius mentiti videretur. Nam & Danielē nullius præter Dei supplicem, & idcirco à Chaldaeis delatum ac depositum, statim vtique conclusa & visitata feritas leonum deuorasset, si Darij digna præsumptio de Deo falli dabuisset. Ceterū pati oportebat omnem Dei prædicatorem atque cultorem, qui ad idololatriā provocatus negasset obsequium, secundum illius quoque rationis statum, quia & præsentibus tunc & posteris deinceps commendari veritatem oportebat, pro qua fidem diceret passio ipsorum defensorum eius, quia nemo voluisset occidi, nisi cōpos veritatis. Talia à primordio & præcepta & exempla debitricem martyriū fidem ostendunt. ⁵⁹ Superet ne anti-C. A. p. ix. quitas suum fortè habuerit sacramētum, nouitatem Christianā receperē, quasi & de Deo B aliam, ac proinde disciplina quoque æmulam, cuius sophia filios suos iugulare non norit. Pro. 9. Plane alia in Christo & diuinitate & volūtas & schola, & martyria aut nulla in totū, aut alter intelligenda mandarit, qui neminē ad huiusmodi discrimen horreretur, qui pro eo paſsis nihil repromittat, quia pati eos nolit. Et ideo præceptorum principia deducens, Beati, in- Matth. 5. quī, qui persecutionem patiuntur ob iustitiam, quoniam illorum est regnum cœlorum. Hoc quidem absolūte ad omnes, dehinc propriè ad Apostolos ipsos, ⁶⁰ Beati critis cùm ibidem & vos dedecorauerint, & persecuti fuerint, & dixerint aduersus vos omnia mala propter me: Luc. 6. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra plurima in celo. Sic enim faciebant & Prophetis patres eorum: ut etiam prophetaret quod & ipsi occidi haberent ad exemplū Prophatarum. Quāquam & si omnem hanc persecutionem conditionabilem in solos tunc Apostolos destinasset, vtique per illos cum toto sacramēto, cum propagine nominis, cum traduce spiritus sancti, in nos quoque spectasset etiam persecutionis obeundæ disciplina, vt in hereditarios discipulos & apostolici seminis fr̄atrices. Nam & rursus ad Apostolos dirigit: ⁶¹ Ecce ego mitto vos tāquam oues in medio luporum, & caute ab hominibus; tra- Matth. 10. dent enim vos in confessus, & in synagogis suis flagellabūt vos, & ad præfidos & reges perducemini mei causa in testimonium illis & nationibus, &cetera. Quum autē subiicit, Tra- ibidem. det autem frater fratrem, & pater filium in mortem, & insurgent filij in parentes, & mortificabunt eos: manifestē iniquitatem istam in ceteros pronuntiauit, quam in Apostolis non inuenimus. Nemo enim eorum aut fratrem aut patrem passus est traditorem, quod plerique iā nostri, dehinc ad Apostolos reuocat. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. ibidem. Quanto magis nos, quos à parentibus quoque tradi oportet. Ita ipsa hac permissione nunc ad Apostolos, nunc ad omnes disponendo, eundem in vniuersos nominis exitum effundit, in quibus considerit nomen cum odii sui lege. Qui autē sustinuerit usque in finem, iste saluus fiet. Quid sustinēdo, nisi persecutionē, nisi traditionem, nisi occisionem? Nec enim aliud est sustinere in finem, quam pati finem. Et ideo non est discipulus super magistrū. Sta- ibidem. tim sequitur, nec seruus super Dominum suū: quia cū magister & Dominus ipse persecutus sit persecutionem, & traditionem, & occisionem, multò magis seru & discipuli cādem expendere debebunt: ne quasi superiores exēpti de iniquitate videantur, quādo hoc ipsum sufficere eis ad gloriā debet, & quarti passionibus Domini & magistri: ad quarum toleran- ibidem. tiam adiscans monet, non eos timendos, qui solum corpus occidunt, animam autē inter- & perdere possit in gehennam. Quinam hi solius corporis interemptores, nisi praefides & reges supradicti, homines opinor. Quis etiam anima dominator, nisi Deus solus? Quis iste, nisi ignium comminator, nisi is sine cuius voluntate nec passerum alter in terram ca- ibidem. dit, id est nec altera ex duabus substantiis hominis, caro aut anima. Quia & capillo- rum apud eum regestus est numerus. Nolite ergo metuere quum super dicit, multis pa- ibidem. seribus antistatis, non frustrā, id est, non sine emolumento casuros in terram reprobūt-

PPP

ibidem.

tit, si magis ab hominibus quam à Deo occidi eligamus.⁶² Omnis igitur qui in me confessus fuerit coram hominibus, & ego confitebor in illo coram patre meo qui in celis est. Et omnis qui negauerit me coram hominibus, & ego negabo illum coram patre meo qui in celis est. Manifesta (vt opinor) est & definitio & ratio, tam confessionis quam negationis, et si dispositio diuersa est. Qui se Christianum confitetur, Christi esse testatur: qui Christi est, in Christo sit necesse est. Si in Christo est, in Christo utique confiteretur, cum se Christianum confitetur. Hoc enim non potest esse, nisi sit in Christo. Porro in Christo confitendo, Christum quoque confitetur qui sit in Christo, dum & ipse in illo est, ut ipso Christianus. Nam et si diem dixeris, lucis rem ostendisti quæ diem praefat, licet non dixeris lucem. Ita & si non directo pronuntiauit, Qui me confessus fuerit, non est diuersus quotidianæ confessionis à sensu dominicæ pronuntiationis. Quod enim est quæ se confitetur, id est Christianum: etiam id per quod est confitetur, id est, Christum. Proinde qui se negauit Christianum, in Christo negauit, negando se in Christo esse, dumnegare se Christianum: & Christum autem in se negando, dum se in Christo negat, Christum quoque negabit. Ita & qui in Christo negauerit, Christum negabit. Et qui in Christo confessus fuerit, Christum confitebitur. Sufficiet igitur & si de confitendo tātummodo Dominus pronuntiaset, ex forma enim confessionis contrario quoque eius præiudicaretur, id est negationi, perinde negatione negationem rependi a Domino, quemadmodum confessione confessionem. Et ideo quum in forma confessionis etiam negationis conditione intelligatur, apparet non ad alium modum negationis pertinere, quod de ea alterius Domini pronuntiauit, quam de cōfessione, dicendo: Qui me negauerit, non qui in me. Prospexerat enim & hanc vim plerumque in expugnatione nominis subsecutur, ut qui se Christianum negasset, ipsum quoque Christum compelleretur blasphemando negare.⁶³

*Marc. 8. et
Luc. 9.* Sicut non olim pro auxilice cum in tota fide quorundam conluctatum, hoc modo horruimus. Itaque frustra erit dicere, et si me negauero Christianum, non negabor à Christo, non enim ipsum negavi. Ex illa enim negatione tantum tenebitur, quæ se Christianum negando, Christum in se negans, etiam ipsum negavit. Plus est autem quod & confusionem confusionem comminatur,⁶⁴ Qui me confessus fuerit coram hominibus, & ego confidat eum coram patre meo qui in celis est. Sciebat enim à confusione vel maxime à formâ negationem, mentis statum in fronte confistere, priorē esse pudoris quam corporis.
CAP. X. [65] Qui verò non hic, id est non intra hunc ambitum terræ, nec per hunc communum vitæ, nec apud homines huius naturæ communis confessionem putant confitendum, quanta præsumptio est aduersus omnem ordinem rerum in terris istis, & in vita ista, & in humanis potestatis experiundarum.⁶⁶ Nimirum quum animæ de corporibus excellint, & per singula tabulata cœlū de recepto discipi cooperint, & interrogari arcant illa hæreticorum sacramenta, tunc confitendum apud veras potestates & veros homines.⁶⁷ Teletos, & Abascantos & Acinetos Valentini.⁶⁸ Nostrates enim, inquit, neccipit Eadem iurgiis constanter probabat homines veros non esse, quos stillicidū sive & pugnare uerem areæ & sputamen & locustas deputauit, etiam irrationalibus iumentis adequantur. Planè ita scriptum, non tamen idcirco aliud hominis genus intelligendum præter nos quod quia constat esse cōparatione, potuit induere salua & proprietate generis & singularitate blata est, vt alia in nomine eius deputaretur. Atquin seruatur natura, et si suffunditur vita.
Math. 16. nec alios nouit Christus homines, quam de quibus dicit, Quem me auunt esse homines? *Math. 7.* Et, Quomodo vultis vt faciant vobis homines, & vos ita facite illis. Vide an seruentem celestes homines si expostulem mihi ostendi, facilissimè Aratus, Perseus, & Cepheus, & Erigone, & Ariadnen inter sidera deliniabit. Quis autem prohibuit Dominum illuc etiam confessionem hominum faciendam determinare, vbi suam futuram aperte pronuntiauit? Ut ita esset positum, Qui in me confessus fuerit coram hominibus in celis, & ego in illum confitebor coram patre meo qui in celis est: eripere ene debuit ex illo terrena confessionis errore, quam suscipi noluisset, si cœlestem præcepisset, quia nullus alios homines noueram præter incolas terræ, ne ipso quidem adhuc tunc in celis habuisse conspecto. Quæ porro fides rerum, vt post excessum ad superna sublatas, illi prober, quo non nisi iam prolatus imponerer: illic de receptu examinaret, quo nihil admittendus peruenire non possem. Christiano cœlum antè patet quæ via: quia omnia

TERTULLIA
Cum Annotationib⁹
PAMELDI.

A. V.
J. 6.

A via in cœlum nisi cui patet cœlum : quod qui attigerit, intrabit. ⁷⁰ Quas mihi potestates ianitrices adfirmas iuxta Romanam superstitionem, Cardem quandam & Forcolum & Limentinum, quas à cancellis ordinatæ potestates? Si vñquam legisti apud Dauid, ⁷¹ Auferte portas principes vestras, & subleuentur portæ æternæ, & intrabit rex gloriae. Si *psal. 28.* item audisti apud Amos : ⁷² Qui ascensum suum xdficat in cœlos, & profusionem suam *Amos. 9.* fundat in terras: scito & ascensem illum exinde complanatum vestigijs Domini, & introitum exinde reseruant viribus Christi, nec vllam moram aut quæstionem in limine Christianis occurfuram, qui non dnoisci habeant illic, sed agnoscit: nec interrogari, sed admitti. ⁷³ Nā & si adhuc clausum putas cœlum, memento claves eius hī. Dominum Petro. *Matth. 18.* & per eum Ecclesia reliquissit, quas hic vnuquisque interrogatus atque confessus fecit secum. Sed adseuerat diabolus illic confitendum, vt suadeat hic negandum. ⁷⁴ Pulchra videlicet documenta præmittam, bonas mecum claves feram, timorem eorum qui solum *Matth. 10.* corpus occidunt, animæ autem nihil faciunt: commandatus ero huius præcepti desertione, honestè in cœlestibus stabo qui in terrenis stare non potui, sustinebo maiores potestates qui minoribus celsi: merebor denique admittiam exclusus. Suppetit adhuc dicere, si in cœlestibus cōfitendum, vel negandum est, nā vbi alterum, ibidem vtrunque. *Æmula* enim quæque concurrunt. Etiam persecutionem in cœlis agitari oportebit, quæ confessio negationis materia est. Quid itaque cessas audacissime hæretice, totum ordinem Christiana concussionis in superna trâsferre, & in primis ipsum neminis odium illic collocare, vbi ad patris dexteram præsidet Christus: illuc constitutes & synagogas Iudeorum fontes persecutionum, apud quas Apostoli flagella perpetsi sunt, & populos nationum *Act. 5.* cum suo quidem circo, vbi facilè conulant, vsquequò genus tertium. Sed & fratres nostros & patres & filios & socrus & nurus & domesticos nostros ibidem exhibere debeant *Matth. 10.* tis, per quos traditio disposita est: item reges & præfides & armatas potestates, apud quas causa purganda est. Erit certè etiam carcer in cœlo carens sole, aut ingratis luminosus, & vincula ⁷⁵ fortissimè de zonis, & ecclœus ⁷⁶ axis ipse qui torquet: tum si lapidandus Christianus, grandines aderunt: si vrendus, fulmina pœna manu sunt: si trucidandus, ⁷⁷ Orionis armati manus operabitur: si bestiis finiendus, ⁷⁸ vras septentrio emittet, ⁷⁹ zodiacus tauros & leones. Hæc qui sustinuerit in finem, iste erit saluus. Ergone & finis in cœlis, & *Ibidem.* pafisio, & occisio, & prima confessio. Et vbi caro omnibus istis necessaria, vbi corpus *Ibidem.* quod solum ab hominibus habet occidi? ⁸⁰ Hæc nobis etiam ludicrum in modum certa ratio mandauit, nec vllus obicem præscriptionis ius extruderet, vt non omnem ordinem persecutionis, omnem eius cause firmam paraturam illuc transire cogatur vbi confessio finitur. Nec possunt non vñà sequi, quæ & aditus & exitum, id est initium finemque disponunt. Porro & odium nominis hic erit, & persecutio hic erumpit, & traditio *Ibidem.* hic producit, & interrogatio hic compellit, & carnificina hic defæuit, & totum hunc ordinem in terris confessio vel negatio expungit. Igitur si cetera hic, nec confessio alibi: si confessio alibi, nec cetera hic. Enim uero non alibi cetera, itaque nec confessio in cœlo. Aut si aliam volunt esse rationem interrogationis & confessionis cœlestis, utique & ordinem suum illi struere debebunt, alium longè, & ab ista dispositione diuersum quæ scripturis notatur, & possumus dicere: viderint dum hic ordo terrena interrogationis & confessionis ex materia decurrentis persecutionis & discordia publicæ in nomen saluus sit suscidi, ita credendum sit sicut & scribitur, ita intelligendum sit sicuti auditur. Hic omnem ordinem sustineo, ipso Domino non aliam regionem mundi destinante. Quid enim post confessionis & negationis terminum subiungit, ⁸¹ Ne putaueritis venisse me vti pacemmittam in terram, non veni, sed vt machærām. certè in terram; Veni enim diuideret ho- *Ibidem.* minem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & socrum aduersus nrum suum, & inimici homini domestici sui. Sic enim efficitur, vt tradat frater fratrem *Ibidem.* in mortem, & pater filium, & insurgent filii in parentes, & morie eos faciant. Et qui sustinuerit in finem, his saluus erit. Adeo totus hic ordo dominicae machæræ, non in cœlum misse, sed in terras, illuc constituit etiam confessionem, quæ in finem sustinendo passura est mortem. ⁸² Eadem igitur forma cetera quoque ad martyrij sta- *C. A. P. 21.* tum pertinere defendimus. ⁸³ Qui pluris, inquit, fecerit etiam animam suam quam *Ibidem.* omne, non est me dignus, id est qui maluerit vivere me negando, quam mori confiten- *C. A. P. 14.* do. Qui animam suam inuenierit, perdet illam: qui vero perdidit illam mei causa,

PPij

TERTULLIA
Cum Annotationib.
PAMELLI.

A. V.
J. 6.

inueniet illam. Proinde enim inuenit ille qui negat lucifaciēdo vitam, sed perdet in gē D
hennam, q̄ si fe putā negando lucifacere eam. Perdet autem eam ad p̄fens qui cōfessus
occiditur, sed inuentur eam in vitam æternam. Ipsi denique p̄fides quum cohortan-
tūr negationi, Serua animam tuam, dicunt, & Noli animam tuam perdere. Quomodo lo-
queretur Christus, n̄i quomodo tractaretur Christianus? Sed quum prohibet meditatio-
nō sponſionē ad tribunal, famulos suos instruit, spiritum sanctum responsorum repre-
mōtō. Ibidem. Matth. 25. tit. ⁸⁴ Et quum in carcere fratrem vult visitari, confessoris imperat curam, & quum D̄cūm
Luc. 18. vindictam facturum electorum suorum adſirat, passiones consolatur illorū: etiam in
Matth. 13. parabola seminis post cespitem arefacti, persecutionum figurat ardorem. Hæc si nō ita ac-
cī iuntur quemadmodum pronuntiantur, sine dubio praterquam sonant ſapiunt, & aliud
in vocibus erit, al. ad in ſenibus, vt allegorī, vt parabolā, vt ænigmata. Quemcunq;
igitur conceperint ventum argumentationis scorpij iſti, quoq; unque ſe acumine impege-
rint, vna iam linea eſt, ad ipſas res prouocabuntur, an ſecundum ſcripturas tranſigantur.
Siquidem tunc aliud ſignificabitur in ſcripturis, fi non idipſum reperiatur in rebus. Quod
enim ſcriptum eſt, hoc eueniē oportebit. Porro tunc eueniēt quod & ſcriptum, ſi non
Matth. 10. aliter eueniēt. Ecce autem & odio habemur ab omnibus hominibus nomini caſa, co-
modo & ſcriptum eſt, & tradimur etiam à proximis, quomodo & ſcriptum eſt, & perduci-
mūr ad p̄c̄tates, & interrogamur, & torquemur, & conſitemur, & trucidamur, quomo-
do & ſcriptum eſt. Si Dominus edixit: ſi aliter edixit hæc, cur non aliter eueniēt, quum
edixit, id eſt, quemadmodum edixit. Atquin non aliter eueniēt quam edixit: ergo hæc
eueniēt, ita edixit, & ſicut edixit, ita eueniēt. Nam nec licuiffet aliter eueniēre, quam ed-
xit; nec ipſe aliter edixiſſet, quam eueniēre voluiffet. Ita non aliud ſignificabunt ſcriptu-
rā, quam in rebus recognoscitur. At ſi nondum aguntur illa quæ p̄dicanter, quomodo
hæc aguntur quæ p̄dicanter non ſunt? Non ſunt enim hæc p̄dicanter quæ aguntur, ſi
ſunt quæ p̄dicanter, & non hæc quæ aguntur. At nunc quā ipſa ſunt in rebus, que in
vocibus, aliter dicta creduntur, quid fieret ſi aliter aet̄a inuenirentur? ⁸⁵ Sed hæc en-
peruerſitas fidei, probata non credere, non probata p̄ſumere. Cui peruerſitati illud
quoque opponam, vt ſi hæc quæ ſic aguntur quemadmodum ſcripta ſunt, non erit
ipſa quæ p̄dicanter, illa quæ non debeant ſic agi quemadmodum ſcripta ſunt, ne ille
ipſa horum exempla periclitentur excludi. Siquidem aliud in vocibus, aliud in rebus
eſt, & relinquit nec p̄dicanter videri quin euenerint, ſi aliter p̄dicanter quoniam
nire haſtent. Et quomodo credentur quæ non erunt p̄dicanter, quia non ita eum p̄-
52. Vnum igitur gradum insistimus, &c.] Huic capiti titulum imponimus: Quid martyrum à primordio & in lege exempla inuenire sit. Vbi & cap. sequi. videtur respondere ad illud Gnosticorum argumentum supra cap. 1. Hæc cine pati homines innocentes, & quippe cum prober iam à primordio vim passam esse ultimam. In quo imitatur Auctor B. Cyprian. Epist. 56. ad Thibericos nos, & Epist. 81. ad Rogat. maximè vero sepedicit. lib. de Exhort. Mart. cap. 11. ubi easdem scripturas penè omnes citat. Atqui an martyria praæcepta esse senserit Tertullianus, vide nostra Prolegomena. Porro de Proverbiali formula: Vnum gradum insistimus, vide nostra Prolegomena. Phrasis autem sua veritatem Auctor illud Psalm. 115. Honorata est apud illumini religiosorum ipsius, pro quod B. Cyprian. cum aliis: Preterea in conspectu Domini mors sanctorum eius. Est vero etiam istud Tertullianicum: elogio transgressionis.

53. Videre quomodo perit iustus, &c.] Sic castigamus hunc lacunam ex LXX. pro: Vide. Malem etiam legere utroque: perit, pro perit; sed hoc non semel supra reuinuit Auctor. De reliqua vero huic loci lectioone Isai. 57. vide Adnot. nostris in B. Cyprian. lib. 2. Test. ad Quirin. cap. 14. num. 67. Mirum interim de hac lectioone, quod variet. Auctor in huic loci citatione, utpote quid hic vertat: & erit honor sepultura eius, quum supra lib. adu. Iud. cap. 10. & lib. 3. adu. Marc. cap. 19. videatur legi. Et erit honor, sive in honore; pro quo aliij: in pace, sepultura eius de medio sublata est, ubi video Adnot. nostris num. 144.

54. Qui Deo placuerat, occiditur, &c.] Quod de Abel primo (ut ipsi loquitur) martyre, Davide, Helia, Zacharia, & tripla fraternitate hic adlegat Auctor, etiam inuenire est apud B. Cyprian. lib. de Exhort. Mart. cap. 11. in quibus locis habeantur, ad marginem adnotamus. De Hieremia vero quid lapidatus sit, praterquam quoniam colligunt quidam Hebr. II. Ecclio: Lapidati sunt, refiantur Dorothenus in Synopsi, & Epiphanius de vita Prophetarum. Et similiter de Iaia quod lectus sit,

præterquam quid etiam habeat supra Auctor Tom. 2. l. de Patient. cap. 14. & dicti. Autores, etiam B. Hierem. certissima Hebraeorum traditione adserit in dictum locum Ibai. 57. Scribens serratum finisse à Manasse, serra lignea, adiiciens preterea quodam rostrorum de illa interpretari illud Hebr. 11. Serrati sunt, sine lecti, uti legere Auctor, si citaret. Atqui Dn. Harrisius adnotans prioribus coniungendum illud: à suo auspiciata, & consumendum sequentibus: Infectata est denique. Verum abduc non colaret sensus, nisi adiiceret, iustitia, aut vita, quare malum omittere illud: infectata est, ut pote quod pro varia letione, pro: auspiciata, in contextum irrepsisse videatur.

55. Zacharias inter altare & adem, &c.] B. Hieron. ii. cap. 23. Matth. confessus de Zacharia, qui quoniam historiam Regum citat, & tamen inueniatur 2. Paral. 24. patet olim utramque historiam pro una acceptam fuisse. Hic peculiare Auctor, quid addat: perennes ciuatis sui maculas silicibus adsignasse.

56. in pueris saltica lucar, &c.] Mittit lectio. Dn. Latinus ad Festum. Vbi Iosephus Scaliger huc Tertullianus locum citans, lucar appelliari dicit mercedem saltatorum, quā & ceteris appellant Charismata & Gleographica significatio etiam Tacitus Annal. lib. 1. dixerit lucas hispanorum coercitum temporibus Tiberianis, & Linna l. 3. lucaris meriti donū, quod Pythio Apollini mitti subebatur. Idque eleganter, ut pote quoniam caput Beati Ioannis Baptista datum sit in pueris saltaticis (quam salticam sua voce nuncupat) puerium.

57. Meminerint enim & Hieremias scribentes, &c.] Hieremias olim ad scriptum finisse à Patribus quicquid hodie libro Baruch continetur, adnotauimus ad 8. Cyp. lib. 2. Testim. cap. 6. num. 34. atque adeò etiam deinceps scriptura auctoritate Canonica: quibus consentit hic Auctor, citans Hieremias nomine quod inuenitur Baruch. 6. Qui recte adiicit: scribentes ad eos, quibus illa captivitas imminebat; quia dicto capite continentur Epist. Hierem. ad adducendos in Babylonem, sicut in Graeco emendatores Latini codices legunt. Secundum enī Graeca exemplaria hodierna omittit Auctor: & lapideos.

58. Itaque dixerit à Deo concepta fiducia, &c.] Hic reddit verum ad verba Trina fraternitatis, id est trion puerorum Anania, Lazare, Myscelis ad Nabuchodonosor, que ipsa citat B. Cyprian. locis citatis supra n. 54. In quibus differt ab aliis illud: huic tu imperio, pro eo quod ille & LXX. de verbo hoc; & quid omittit: audentis; item quid legat: & tunc manifestum fiet tibi, pro eo quod illi ad verbum ex Graeco: Et si non, nam ubi sit; deniq; quid legat singulari numeri: idolo tuo, quid alijs: Deus tuus. Quod vero sequitur de Danièle à Chaldais declaro, & ad leones expostulato apud Dariū, inuenire est Dan. 6. & supra quoque allegatum ab Auctore Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 15.

C. IX.

59. Superest ne antiquitas, &c.] Caput istud inferimus: Quod & in novo Christianismo Chrysostomus præceperte, vbi tacite responderet ad illud argumentum Gnosticorum supra cap. 1. Sicut Chrysostomus pro nobis obiit, &c. nū & ille salutem de mea morte expectat? Atqui etiā hic imitatus est Auctor. B. Cyprianus a dicto l. de Exhort. Mart. c. 6. 11. & maximē l. 13. Test. ad Quir. c. 16. titulus: DE BONO MARTYRII, eisdem scripturas citans Matth. 5. & 10. Ep. autem vox etiā hic Tertullianica: amula, pro: continet.

60. Beati eritis quoniam vos dedecorauerint, &c.]

More suo. *Auctor duorum Euangeliarum Matth. 5. & Luc. 6. verba coniungit; nam & precedens testimonium, & haec verba habet Matthaeus. illud vero: Sic enim faciebant, & Lucas. In hoc autem solo differt, quod legat: dedecorauerint, quod ali omnes: maledixerint, & omnia mala pro eo quod illi: omne malum. Quem mortem etiam B. Cyprian, imitatur. Eft vero vox Tertulliana: conditionabilem.*

61. Ecce ego mitto vos, &c. Hinc ad finem usque caput adducit & explicat verba Christi Matth. 10. in quibus ubi quid differentia sit indicaverimus, ad alia transibimus. Imprimis enim versus: tradent enim vos in confessus, quod Graec est ei, ovred pio; item: mortificabunt eos, pro morte adficiunt. Sufficit etiam ei legerecum Grecos: Et eritis odio omnibus. Legit etiam: Qui autem sustinuerit, &c. cum B. Cypriano pro perseverauerit. Paraphrastis vero explicat illud. Sufficit discipulo ut sit ficut magister eius, &c. ac occidere & perdere in gehennam, pro eo quod Cyprian, occidere, & vulgariter Latinus Interpres: perdere dumtaxi; item: sine cuius voluntate nec alter passerum in terram cadit, pro quo B. Cyprian. & neuter eorum; item paraphrastis: Quia & capillorum apud eum regestus est numerus, denique (sicut etiam aliqui super) multis passeribus ante statim, Graec. & deperire, sunt autem præter iam dictas, phrasis Tertullianicas: vniuersi nominis, in quibus considererit nomen, & sub finem capiti: in expugnacione nominis, item cap. sequi. ipsum nominis odium, pro nomine Christi; item: persecutionem, &c. expendere, & metum consecrandum.

62. Omnis igitur qui in me confessus fuerit, &c. Non modo legit iuxta Graec exemplaria etiam alias ubique: in me, & iterum: confitebit in illo, sed explicat differentia & prolixioribus verbis, quare non similiiter dixerit: Et omnis qui negauerit me, &c. sed: qui negauerit me, ac: ego negabo illum. Quam differentiam etiam obseruantur Luc. cap. 12. sicuti patet supra lib. 4. aduers. Marcion. cap. 28. usque adeo ut eum sit imitatus in eodem B. Cyprian, locis compluribus, ita ut in aliis sic castigandum censamus editione proxima.

63. Sicut no olim, &c.] Quid illud sibi velit nefis? forte pro auxilice accipiatur sicuti: pro consule, aut intelligatur: coram auxilice. Significat autem se considerasse, & horruisse, ut qui se Christianum negaret, ipsum quoque Christum compellerebat negare. Cu iusti hodie (pro dolor) exempla multa videmus, dum primum factum urevurando, abnegationis Catholicæ Regis, compellantur etiam fidem ipsam Catholicam, atque adeo Christum abnegare, contra quos facit expreſſe hic locus Tertulliani.

64. Qui me confusus fuerit coram hominibus, &c. De hac lectione Auctoris, & B. Cypriani. Marc. 8. vide supra Advers. nostras lib. de Carn. Christi, cap. 5. num. 47. nec aliter etiam vertit, quod est Luc. 9. lib. 4. aduers. Marcion. cap. 21. At differt nonnihil supra Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 13. ubi legit: Qui confusus super me fuerit, penes homines; & ego confundar super illo penes patrem meum, qui in celis est.

CAP. X.

65. Qui vero non hic, &c.] Huic capiti titulum sumum: Quod confessio nominis Christi per hunc

commeatum vita, non vero in celis fieri debeat. Vbi responderet ad illud Gnosticon argumentum supra cap. I. Sed nesciunt simplices anima quid quomodo scriptum sit; vbi, & quando, & coram quibus confitendum. Agit autem contra Valentianos, nam de iis sic scribitur supra lib. adu. Valent. cap. 30. Ideoque nec operationes necessarias sibi existimat, nec vlla disciplina munia obseruant; martyris quoque eludentes necessitatem qua volunt interpretatione, &c. Sed nobis quidem, si excellerimus in aliquo disciplina iugum; si obtulerimus interperibus sanctitatis & iustitiae confitendum alibi nescio vbi, & non sub potestatibus istius seculi, apud tribunam praesidum, optauerimus. Sunt autem Tertullianica: commeatum vita, & mox: recepto, præcepto, quomodo adeo non multo post etiam legendum censeo.

66. Nimirum quoniam anima, &c. per singula tabulata colorum, &c.] Haec verba sunt Valentianorum usque ad illud: Planè ita scriptum est. Atque adeo ibi: Eadem iurgis diliguntur presumptio. Tria variorum apud eos tabulata celorum; supremū, in quo Pleroma Tricenarium Deorum suorum collocabant; medium, in quo Ahamoth; infimum, in quo Demiurgus; videre est supra lib. adu. codem c. 23. & clarissim in Schema per nos locupletato.

67. Teletos scilicet, & Abascatos, & Acinetos Valentini, &c.] De Teleto 29. Aene seu Deo Valentianorum, ex xij. Dodecadis penultimo, vide adnotat. nostras eiusdem lib. c. 8. nn. 87. De Acineto vero (quis fit ut sic castigauerim, pro Aginetos). Aene 15. Decadis Septimo, ibidem num. 81. Quibus ioci causa addit nomen diuid Valentianianus inconspicuum Abascantos, tamquam potestatem talem, quæ facinorū maleum sit, ut potest quod significet vox. & & & & &

68. Nostrates enim (nemp̄ homines) inquietant, nec ipsi, &c.] Distinguunt Nostrates à veris (ut illi loquuntur) hominibus Valentianorum; quorum presumptio iurgiis constanter probabat (id est probare nitebatur) homines vero non esse (id hic handubie supplendum, ut constet sensus) quos stillicidiū stultas & puluerem areas & sputamen & locutas depuravit (nemp̄ scriptura Isai. 40.) etiam irrationalibus instrumentis adsequitur. Vbi (sicuti etiam supra adnotauimus lib. de Resurr. carn. cap. 59. nn. 413.) variis versiones unius eiusdem vocis Hebreorum (fortassis Aquila a Theodotioni) & LXX. confundit, ut potest ex illis producere puluerem terre, & ex LXX. sputamē, sive saluam; in hoc secutus, quantum apparet, Clementi Alexandrinum, qui posterior vertit Strom. lib. 7. & prius Strom. lib. 6. Deinde hic interficit: & locutas, quod nudo post ibi dem haber Propheta, & verius, irrationalibia iumenta paraphrastis, quod Graec est: το τερεπόνδα. At quis pulchre hac confutat Tertullian, per ipsa Christi verba, Matth. 16. & 17. sunt autem Tertullianica rursum: despiciuntur, & suffunditur.

69. Aratus, Perseus, & Cepheus, & Erigonem, & Ariadne inter sidera delinabunt, &c.] Videatur Arati Phenomena, quem sequitur etiam Cicero lib. 2. de Natur. Deorum, vbi Cepheum & Perseum post minimum Septentrionem collocat. De Erigone sic Arnob. lib. 7. Erigone suspenſa de laqueo est, ut virgo inter aera ignita sit. De Perseus & Ariadne denuo que (quem imitari solet Auctor) Iustinus Martyr Apolog. 2. vbi postquam illum inter Louis litteras recensuit: Quid dicā.

QQ9

mus (inquit) Agathen, & quos itidem atque illum inter sidera receptos esse audent. Atqui est & illud Tertullianum: post excessum, pro: mortem.

70. Quas mihi potestates ianitrices, &c.] De hisce, & inter alias Cardea, Forculo, & Limentino, vide Adnot. nostras supra Tom. 2. lib. de Idol. cap. 15. no. 113. 114. & 115. ex quo loco & simili, lib. de Coron. milit. c. 13. castigauimus: Cardeam quandam, pro: Cardum quendam.

71. Auferto portas principes vestras, &c.] In citatione illius psalmi 3. ip: hoc differt ab omnibus aliis, etiam B. Cyprian. quod legat: & subleuentur, pro: leu- mini, aut extollimini, sicut B. Cyprianus.

72. Qui ascensu suum ædificat in celos, &c.] Quam supra lib. 3. 4. & 5. aduers. Marc. priora haec verba citavit Author, hic primum adiicit: & profusionem suam fundat in terras, pro quo malem legere cū LXX. inxta B. Hieron. & Grecos dices omnes, sicut in mar- gine adnotauerat Gagnaeus: promissionem; sed nolui immutare, & quod jenissum in signum hinc elicit Leo de Castro Comment. MS. in his Prophetam, de profusione sanguinis Domini, quem effudit in cruce, sunt vero etiam Tertullianica: complanatum, & referatum.

73. Nam eis adhuc clavum putas cœlum, &c.] Adnot. tu dignum quod hic dicit Author: claves cœli Petro & Ecclesiæ reliquias; ut hinc pateret nondum hereticum fuisse, quum hunc librum scriberet, eo quod in fratre Tom. 5. lib. de Pudicitia videatur diuersum sentire, de qua ibi latius.

74. Pulcra videlicet documenta præmittant, &c.] Videlicet usurpati pro: scilicet, Ieronimus enim es- se confat, quidquid sequitur usque ad illud: Hæc nobis, etiam ludicum in modum, certa ratio man- davit. Sunt autem inter omnia Tertullianica: Æmula, pro contraria, nominis odiu, & postea: odium no- minis, ac: nomen, ac: ingratiss adverbialiter. Et qui de Circo vide supra Tom. 2. lib. de Spectac. cap. 8. num. 68. Leo autem deinceps ex Gagnæ conjectura in marg. apud quas causa purganda est, pro: pugnanda.

75. Fortasse de zonis, &c.] Quibus sunt (inquit Plin. lib. 2. natur. hist. cap. 68.) cœli quinque partes, quas vocant zonas, infuso: ignore & eterno gelo premitur omne, quicquid est subiectum diaboli extremis virumque circa vertices (quos hodie Polos nuncupamus) hunc qui Septentrio vocatur (hodie Arcticum dicimus) ei: que qui aduersus illi Austricus appellatur, nempe Antar-cticum.

76. Axis ipse qui torquet, &c.] Axis quidem Ci- ceroni Tusc. quæst. lib. 1. vocatur dictus polus Arcticus, utpote quem cœlestes vocant Greci polum Antarc-ticum; verum quum addat Author: qui torquet, mallem de rotu cœli axe intelligi.

77. Orionis armati manus operabitur, &c.] sic castigans ex concitura Dominorum Harrisij & Latini, pro: munus. Atqui armatum Orionem vocat etiam Virgil. lib. 3. Enid. & enserum Ovid. lib. 4. Faſt. Plinius lugulum, idque ea de cauſa, quod ad instar gladii fit stellarum fulgere terribilis. Eodem perinet quod etiam Plinius lib. 18. cap. 27. & 31. gladium Orionis appelleret, ubi de ortu & occasu eius agit.

78. vrlas Septentrio emittet, &c.] Has Author supra lib. de Carn. Christi, cap. 9. Septentriones appellant, eo quod in Septentrionali plaga cœli appearant; ubi vide Adnot. Rhenani num. 87. Ducas autem faciunt Astrolo-gi, maiorem & minorum.

79. Zodiacus tauro & leones, &c.] De hec in hac verba Plinius lib. 1. cap. 4. Adnotat rerum vero descripto circulo, qui signifer vocatur, in duodecim animalium effigies, inter qua 12. signa repertis Taurus & Leo. Hic Σωλοξός à Græcis appellatur. Σωλοξός aut Σωλοντίδης est ab animalium figura.

80. Hæc nobis etiam, &c.] sunt & ab his locis Tertullianica: ludicum in modum, obicem praescriptionis extrudere, parataram, expungit, sustineo, & destinante.

81. Ne putaueritis venisse me, &c.] In his Matth. 10. verbis Christi suppleximus: vi pacem mittam, ex ipso Euangelista. Atqui retinuit etiam hic Author vocem Graciam uel Χαριτεώς: diuidere veritatem, quod Grace est δικαιοσύνη, illud autem: ut tradat fratrem in mortem, & cest multo ante apud Matth. Sic etiam supra tractatum est cap. preced.

C A P. XI.

82. Fadem igitur forma cetera quoque, &c.] Inscriptionem huic capiti dedimus: Etiam alios Christi verbis martyria adprobari. Sunt vero etiam haec de sumpta ex Euangelio Matth. 10.

83. Qui pluris (inquit) fecerit etiam animam suam quam me, non est me dignus, &c.] Istud mo- re suo colligit, partim ex Matthæo, partim ex Luca; nam loco citato legitur. Qui pluris fecerit patrem aut ma- trem, &c. non est me dignus, & Luc. 4. adhuc & 2. nimam suam, quod ipsius iterum citat infra in calce capitis, in reliquo veritate: qui inuenierit, & qui perdi- derit, quod Greec est ὁ εὐδος, & ὁ ἀπωλετος, illud denique: prohibet meditari responsum ad tribu- nal, eodem quidem capite, sed multo ante habet.

84. Et quum in carcere fratrem vult visitari, &c.] Adiudicat ad cap. 25. Matth. Ibi vero: Et quum Deum vindictam facturum electorum suorum adfirmat, ad cap. 8. Iu. supra tractatum lib. 4. adust. Marc. cap. 36. Parabola denique feminis post cep- tem (id est, quia solum in cœpse, non vero in terra inculta satum fuerat) arefacti, inuenientur Matth. 13. Pasci autem iterum distinguunt inter Allegorias, parabolæ, anagnata. Atqui de Proverbio. Deinceps autem repetit omnia eum Matth. 10. que citauit cap. precep. Iterum vero ha- bes illud Tertullianum: nominis causa, & ediat, nouies. Supplexus denique ex Gagnæ: quomodo hæc aguntur que prædicara non lunt.

85. Sed hæc erit perueritas fidei, &c.] Ita heretici circumscribit Author, utpote quum hic subiicit: Ita heretici, &c. sunt autem Tertullianica: periclitent excludi, &c. relinquunt, pro consequtur.

C A P. XII.

86. Quis nunc medullas scripturarum, &c.] Caput hoc inscripsimus: Martyria etiam adprobari ex Epistolis BB. Petri & Iohannis, ac huius Apo- calypfi.

87. Petrus quidem ad Ponticos, &c.] De hæc inscriptione Epistola prioris Petri, vide Adnot. nosfras in B. Cyprian. lib. 3. ad Quir. num. 78. quippe qui- ter ita illam inscribat cap. 36. 37. & 39. vbi ejdem, quos hic Author, duos locos citat, Petri 2. & 1. Petri, & qui etiam citat quod sequitur: Dilæcti, &c. lib. de Eccl. Mart. cap. 9.

88. Quanta enim, inquit, gloria, &c.] sic expre-

fit quod Graecē est πονόν γράφεται; deinde conformiter etiam exemplaribus Graecē (quanguam obcurua:) si non ut delinquentes puniamini, sustinetis; quod clarissimū dīj: si quum bene facias, & tamen puniamini, sustinetis. At cum vulgato Interpretē consentit, legens pro nobis, reliquens vobis, quomodo etiam B. Cyprian, loco postremo tam citate. Pecuniale est autem Auctor, quod addat: semetipsum.

89. Dilecti ne expaescatis vñctionem, &c.] Quid Graecē est: μὴ ζεῖτε, & vulgatus Interpretē Latinus: peregrinari, & Auctor expaescere, apertius B. Cyprianus Episola 56. ad Thibarit. & lib. de Exhort. Mart. cap. 9. veritatis: Nolite mitari; at contrā Auctor vñctionem transtulit πέπωσι, magis propriū quā aut B. Cyprian, ardorem, aut vulgatus Interpretē, ferorem. De reliqua eius scriptura lectionum varietate, vide Adnotat. nostras dictā Epistol. ad Thibarit. num. 8. hoc addito, quid ex Graecē exemplaribus legamus: quoniam gloria & Dei spiritus regnūt in vobis, prōrequisit.

90. dum ne quis velut patiatur, &c.] In hac scriptura cum B. Cyprian. lib. 3. aduers. Quirin. cap. 37. veritatis maleficus, vox Graecē ρεκοτοίος; Auctor magis ad verbū: alieni speculator, Graecē est ἀλλοτριεπιστότοιος, quād ille & B. Augustinus. Expedit. inchoata in Epist. ad Roman. alienas curias agens.

91. Ioannes verò ut etiam Pro fratribus, &c.] Istud inuenitur 1. Ioan. 3. illud verò: negans timorem esse in dilectione, 1. Ioan. 4. Vbi est etiam quod sequitur: Perfecta enim, &c. vbi consensit cum vulgato Latino Interpretē in illo: timor peccati habet, quantum Graecē fit καθαρισμός, sunt autem Tertullianica: fugatricem, & animaticem.

92. de Apocalypsi quoque sua, &c.] Hic manifestè & rursus in fine huius capitū eidem Ioanni. Epistola num. cum Petro & Joanne effigiem gloria lux reuelauit Christus in monte Thabor) adscribit Apocalypsin, cuius est prior Epistola iam citata. Verum deo latus supra lib. 4. adu. Marc. cap. 5. num. 41.

93. ad angelum Ecclesiæ Smyrnæorum, &c.] Graecē οὐ προνοίω. At qui tum ex Gracē, tum ex Latinis exemplaribus Apocal. 2. castigauimus: conicit in carcerem, pro: conicit. In eo verò quod sequitur, & verbo ad Pergamenorum, nemp̄ angelum, retinet vocem Graecē οὐ μετέπειτο. Et in illo Apocal. 3. ad Philadelphinorum, transtulit paraphrastis portio quād ad vñrum, quid à tentatione vñlma liberaretur, qui Domini nomen non negarat.

94. Exinde viator cuique promittit, &c.] Istud more centenario (ut verbo ipsiis Auctoris vitar) collegit ex virgue dicto cap. mixtum, ubicumque aliquam mercenariū viatori cuique promittit. Nam Apocal. 2. arboreum vita (pro quo dīj lignū vite) promittit angelo Ephesi, & mortis veniam (id est liberationem) secundæ angelos Smyrnæorum; latens manna; cum calculo cādido, & nomine ignoto (ex potius nouo; nā Graecē est ζεγνύω) angelo Pergamenorum; ferrea virge potestatē, & itelle matutina claritatē, angelo Thaire, ibidem. At Apocal. 3. albam vestiri, nec deleri de libro vite, promittit angelo in Sardis; columnam fieri in Dei templo in nomine Dei (sic enim paraphrastis vertit) & Domini (quod tamen hodie nulla habent exemplaria) & Hierusalem celestis inscriptam, angelo Philadelphiorum; denique residere cum Domino in

throne eius, angelo Laudie.

95. Sed & interim sub altari, &c.] Istud Apocal. 6. erā citat paraphrastis positus Auctor, quād ad verbum; & adnotanda est hec Sigismundi Gelenij inixa Apostoli verbo restituenda: placidum quiescent, pro eo quod habebat Gagnam: patientiam pascunt, ac & fiducia vñtionis candidam (en vñcem Tertullianicam) claritatis vñspant, pro eo quod ille pluribus: & induita stolis candida claritatis vñspant. Est vero etiam vox Tertullianica: albati, pro alibi amicti, Apocal. 7. retinens vocem Graecam presbyteris. Aqui cū vulgato Interpretē & B. Cypriano legimus: & lauerunt vestimenta sua, pro: vestimentum suum, quia Graecē est οὐ πατλανια τὰς σολᾶς αἱ τῶν.

96. Sordes quidem baptimatae, &c.] Sanè hic locū intelligendū est, ac si dicat: sordes peccatorum baptimata ablui, maculas verò postea contraria mar. martyrio candidati. Hoc est qm̄ quid suprà cap. 6. martyria appellavit secunda solatia, vbi vide Adnot. nostras numer. 44.

97. Quia & Ialas οὐ ruso & coccino, &c.] Adhuc ad illud supracitatum lib. 4. aduers. Marc. cap. 10. Iai. 1. Si fuenter delicta vestrā tamquam roscum (pro quo vñc: rufum) velut niuem exalbabo; & si tamquam coccinum, velut lanam exalbabo, vbi vide Adnot. nostras num. 110.

98. Magna etiam Babylō, &c.] Istud etiam adfero ex Apocal. 17. & ex cap. 21. quod sequitur: Timidis autem, dehinc & ceteris, (nemp̄ incredulis, excacatis, homicidis, fornicatoribus, veneficiis, idololatriis, & omnibus mendacibus) particula in stagno ignis & sulphuris.

C A P. XIII.

99. Paulus verò Apololus, &c.] Titulum huic capitū imposuimus: Etiam ex Pauli Apostoli Epistolis martyria cōfirmari. Et verò etiam plerisque has citatas scripturas inuenire est apud B. Cyprian. locū mox cōtandis, ad idem penē inservitū producēas.

100. quibus sustinetis ostendam iusti iudicij Dei, &c.] Ad verbum vobis, quām obscurius, ex Graeco vertere, alter distinguens versus atque hodie: οὐ οὐδὲ εἰδεῖς μα τῆς δικαιοίας νεκρῶς τῇ Ἰησῷ, 2. 1. cōfessal. t.

101. Non solum autem, verū etiam exultantes in pressuris, &c.] Hic in eo differt, tum ab aliis, tum a B. Cyp. lib. de Exhort. Mart. cap. 9. quod legat: exultantes pro exultante, & certe pro sc̄iētes. Transtulit autem vocem οὐ τεργέτεται, perficit, cum Syro Interpretē, pro eo quod ali: operatur. Nec dissentit aut à B. Cyp. aut vulgato Interpretē illud: sp̄s verò non confundit, quantumvis Graecē fit οὐ τεργέται.

102. Quōd si filii & hæredes, &c.] Etiam hoc citat B. Cyprian. dicti lib. cap. 8. & quod sequitur: Quis, inquit, separabit, &c. ibidem cap. 6. Vbi priori istam non sine legas: compatiamur, cum illo & Gagnam, sine cum aliis: compatimur, non refert. Ille quod Graecē est οὐ τεργέται, veritatis magnificemur, pro quo. Aut: cum illo glorificemur; de quo vide suprà Adnot. nostras lib. de Resurr. carn. cap. 40. num. 286. Est vero Tertullianum: habeat reuelari. In altero verò omittitur ab Auctore, quod tamen omnes legunt: an persecutio, Graecē σταυρός, & pecora iterum veritatis pro ouibus; de illo vñc superuincimus, vide Adnot. nostras in Epist. 26. inter eius opera Moysis & aliorum Confessorum ad B. Cyp. num. 7.

Q q ij

TERTULLIA
Grae Annotationib.
PAMELI.

A V
36

103. Persuasum enim habemus, &c.] sic verit,
pro eo quod singulare numero Graec est πεντετομη, quo-
modo etiam ex Syro Latini Interpres; quod adnotan-
dum contra nostros modernos adversarios, qui ex transla-
tione vulgati Latini Interpretis: Ceteri sum enim, col-
ligere nuntiunt certitudinem fidei, ita ut excidere non
possit, maximè quoniam sicuti Auctor, vertant B. Hiero-
nym ad Algal. qu. 9. & Ambro. in Comment. Omit-
tit autem neque angelii, neque principatus. Omne
virtutes, quod habent alij, contentus citasse: neque vir-
tus sine fortitudo, sicuti B. Hieronym. Est vero ite-
rum vox Tertullianica: Cuditio, pro creatura.

104. Sed & Corinthius passiones suas, &c.] Ac-
cepit hic passiones pro persecutionibus. Insipit vero scri-
ptura 2. Cor. 11. sequitur ordinem dictiorum Graecarum.
In altera 2. Cor. 12. iterum interpretatur εὐδόξω, bo-
ni duco.

105. Etiam in superioribus (nemp̄ 2. Cor. 4.) Qui
in omnibus tribulemur, &c.] Malum quidem legere
tribulamur, & omnia reliqua similiter que sequun-
tur, in praesenti tempore, iusta quod habet Apostolus;
sed quod nimis est immutatio, retinus veterem lectio-
nem, quam nulli suscipiant MS. cod. Proprie autem redi-
dit: coagulatum, quod Graec est, τένερος οὐρανού.
sicuti etiam B. Ambro. & indigemus, sed non per-
indigemus, pro: Σπόρος οὐρανού: οὐρανούς οὐρανού.
Omittit etiam cum Graeci Latibus, b. Ambro.
& Syro Interpret: humiliatur, sed non confundit-
munt, quod etiam non habent antiqui aliquot Latini co-
dices. Secundum autem omnes, & ipsum Auctorem su-
per lib. de Resurr. carn. cap. 4.4. supplemus: Christi Iesu.
Atqui de illo: Sed eti (inquit) exterior homo, &c.
vide eiusdem lib. cap. 40. ubi de illo: Nam quod ad
præsens, & c. vide Adnot. nostras nu. 1.8. Hic præte-
rea addimus, magis explicatus, & τένερος οὐρανού
τένερος οὐρανού, per supergredi insuper per
eternum, & legi rectius perficit, quam ibi: perficit;
ne nouum esse, ut ita transferat vocem: κατεργάτε-
ται, constare pauli prius num. 101.

106. Philippensis vero de vinculis scribens,
&c.] Pro rorsus castigandus hic locus, pro: The salonicen-
sis, tum quia additur de vinculis, & quibus scripta est
prior illa, nostra vero ad Thessalonicensis; tum quod in-
ueniuntur Philipp. 1. & 2. que sequuntur scriptura te-
stimonia. In quorum prior ex Graeco retinuit vocem: a-
gonem, in posteriori confirmat lectionem Latinorum e-
mendatorum codicum, qui legunt: immolari supra sa-
crificium, pro eo quod ali: emulor; Transferens: Et si
libor super sacrificium, Graec επένδυσε, retinuit e-
tiam Latinam vocem adiunctionem: gaudeo & conga-
deo, sicuti Graec est κατεργάται οὐρανού, etiam se-
cundo.

107. Ego enim iam libor, &c.] De hoc loco 2. Tim. 4.
vide Adnot. nostras in B. Cypr. Epist. 9. num. 19. &
lib. 3. Testim. cap. 16. De bono Mart. nu. 50. Quibus adde
quid vox αγάλνθως (etiam Erasmo adnot. atque) non modo
resolutionem, sed & reversionem, & prouide etiā, sicut hic
Auctor, deuerionem significat, ea phras, qua sicut solue-
re dicunt qui discedit, ita resoluere dici posse qui reuertit-
ur. Atque adeo placet diversa lectio Interpretis Latini
Origenis, qui in Nu. scribit duplice fuisse lectionem Latini-
nam iam tam temporis, resolutionem & reversionis. Se-
quens testimoniu 2. Tim. 2. Si enim cōmetui sumus,
&c. (in quo magis consentit Auctor cum nostro Interpre-
te) itat ad idem institutum idem B. Cypr. lib. de Exhort.

Mart. cap. 5.

108. Ne ergo confundaris martyrii, &c.] Istud
inuenire est 2. Tim. 1. ubi phras Tertullianae, confunda-
ris cum Accusatio, & retinuit ex Graeco martyrium;
illud vero versus precedens ibidem: Non enim dedi
nobis Deus spiritum timiditatis (que vox Tertul-
lianica, Graec δειλίας) sed virtutis (Graec διάδευσης)
& dilectionis, & lana mentis, Graec οὐρανού, quā
vox pro varia significativa. & Syro Interpretetur:
admonitionis, a vulgato Latino Interpretate: sobrietatis
hoc loco, sed 1. Tim. 3. magis accedit ad Auctorem, cum
οὐρανού, virtutis prudenciam, atque adeo sanas mentis,
109. Sed & siuebi tolerantiam præcipit, &c.] Loci hi sunt apud Apostolum Paulum, Rom. 15. 2. Cor.
12. Ephes. 4. Coloss. 1. 2. Thess. 3. 1. Tim. 6. 2. Tim. 3. ac 4.
Tit. 2. alibi; et ab idololatria vero diuelli, 1. Cor. 6. &
8. 10. 12. ac 2. Cor. 6. & alias frequenter.

CAP. X I I I .

110. Planè monet Romanos, &c.] Caput hinc
scriptum: Ad obiectio[n]em Gnosticorum respon-
sio de loco Apostoli, Rom. 13. Respondet autem non
in occasione frustrandi martyri iubere Aposto-
lum subiici potestatibus, sed in pronocatione be-
nē viuendi, & in reddendo tributum & vestigal.
Et similiter etiam supra Tem. 2. lib. de Idol. cap. 15.
latice prescriptum habemus, in omni obsequio nos
esse oportere, secundum Apololi præceptum,
subditos magistris, & principibus, & potes-
tatibus; sed intra limites disciplina, quoque ab
idolatria separamur, & C. adnotans pro Cath-
olicis, qui hodie sub magistratibus hereticis seruitur fa-
ciunt, ne putent se obligari editi[us] eorum, aut incircuari
dis contra Catholicam fidem.

111. omnibus potestatibus subiici, &c.] Forte
rectius legeretur, omnes, eo quod apud Apostolum he-
beatur: Omnis anima, sed quod constet sensus, nolui quid
immature. Atqui sequitur Graec exemplaria, que ha-
referunt ad potestatem quā à Deo est, quā verit: &
quia ministra sit Dei, sed & vtrix. Deinde in eo quid
præmissum ab Apostolo fatetur, verit: paraphrasi:
non sunt timori bono operi, sed malo; & rufsum
et pruis: Dei ergo ministra est tibi in bonum; rufum
idipsum de potestatibus explicans.

112. Solus autem Dei homo condixerat, &c.]
Ego conicio legendum: Paulo autem homo Dei co-
dixerat (nam sic solet Auctor accipere condicere, p*ro*
idem cum alio dicere) veruntamen nolui quid immature
sine cod. MS. Forte pro Paulo scriptum suis Saulo, ex quo
alter fecit Solus. Atqui locu[m] est 1. Petr. 2.

CAP. XV.

113. Num ergo & Apostolorum littere nobis,
&c.] Titulum hunc possemus capiti deducimus: Ex A-
ctis quoque Apostolorum & historiis Martyrio-
rum exempla administrari. Est interim prima hac
periodus, quantum mili appetat, mutata.

114. Quæ ramen pastos Apostolos scriimus, &c.]
Apostolorum Acta citat hic Auctor, apud quatuor
4. Petrus cæditur, carceres etiam pallus, & pre-
redit, vincula, & flagella; cap. 7. Stephanus taxis op-
primitur; cap. 12. Iacobus gladiis immolatur; dan-
que variis modis Paulus dilatatur, idque per impo-
tus Iudeorum & cœtus nationum; Act. 14. & Id-
bunorum elegia (vox iterum Tertullianica) in ma-

lam partem) Act. 21. 22. ac 23. apud Proconsulum
tribunalem ad Cæsaris nomen, ibidem; denique (nam
pœnitem non possumus constat) et apud Regum auditio-
ria, ibidem cap. 26. quum apud Agrippam Regem car-
fam suam egit.

115. & si fidem commentarii voluerit haereticus,
&c.] Commentarii hi accepit Auctor, pro mendacij
arguere, eodem significata quo imbi, pro, mentiri, seu con-
mentum commisit. Recl. autem adfert instrumenta
Imperij in testimonium fidei Aectorum Apostolicorum
(qui ille non recipiebat, sicut supra latius dictum est
lib. 5. adu. Marc. cap. 2. num. 21.) ut pote in quibus reperi-
posset dicta Apostoli Pauli appellatio, et lapides Hiero-
usalēm, qui crux BB. Petri, Stephanus, et Pauli adhuc
sanguinolenta visabantur.

116. Vitas Cæsarum legimus, &c.] Ad hinc band-
dubium locum adiungit B. Sophr. Patriarcha Hierosolym. libro
de Certaminibus Petri & Pauli, in hac verba: Vide
Tertullianū in libro, vbi ait mortis Petri & Pauli
mentionē in Annalibus haberi. Atque de his quod:
orientem fidem Romam primus Nero cruentavit,
vide supra Tom. I. Apolog. cap. 5. num. 59. ubi adnotau-
mus illum adiungere aut ad Commentarios sui
Annales Taciti, aut ad Vitas Cæsarum Suetonij. Illius ver-
ba sunt lib. 15. et quæstissimis penitus affecti, quas vulnus
Christianos appellabat, hanc vero Nor. cap. 16. adfici
supplicis Christiani; ita enim usq[ue]bique legendum pro:
Christianis, adnotauimus ibidem cap. 3. num. 40.

117. Tunc Petrus ab altero cingitur, &c.] Ad ludic-
ad illud Christi, Ioan. 21. Alius te cingit, ducet quo
tu non vis. De martyrio ante Petri & Pauli Roma-
eo, vide supra lib. de Prescript. adu. heret. cap. 36. et ibi-
dem Adnot. nostras, num. 208. et 214.

118. Quum vincula Paulo Agabus gestu quo-
que prophetasset, &c.] Intelligit gestum illum Act.
21. quo Iona eius sibi adligavit manus et pedes Aga-
bus, vincula Paulo prophetauit. Cetera eius loci pa-
raphrasit adfert Auctor.

119. Quod si iam tunc Prodigus, aut Valentini,
&c.] De his sic etiam infra Auctor lib. adu. Praxean. c. 3.
secundum Valentinos & Prodicos, secundum quos
nos eum locum castigandum ibidem adnotauimus. Certe
ex utroque hoc loco, quod Valentino edidit coniugat, Va-
lentinianum fuisse satis patet; pro quo facit eadem cum illo
heresis, de qua supra latius cap. 10. non in terris esse
confitendum apud homines. Interim inde haud du-
biè castigandum est quod hic mendose legebatur: co-
nandum. Atque bis etiam Prodigii haeretici meminit
Clem. Alexandr. lib. 7. et priori loco heresim istam non
ab similem illi attribuit, nempe: non esse orandum.

120. quod nec Deus humanum sanguinem si-
tiat, &c.] Ex repetitione istorum verborum supra cap. 1.
patet illa fuisse ipsius Prodigii aut Valentini argumen-
ta, quae ex Gnosticorum persona illic Auctor proscrivit; at-
que adeo peculiariter aduersus Prodigum & Valen-
tinum conscriptum fuisse hunc librum, sicut etiam ibi
num. 1. adnotauimus.

ARGUMENTVM LIBRI ADVERSVS PRAXEAN

PER IACOBVM PAMELIVM.

Scripturæ aduersus Praxean Tertullianus, post medianam ætatem, ab ar-
gumento Libri a spicatur, dices se agere aduersus eum, qui ex Asia primus eam
haeresin intulit humo Romanæ; qua diceret: Ipsum Patrem descendisse in virgi-
nem, et ex ea natum, ipsum passum, ipsumque denique esse Iesum Christum.

Imprimis autem contrarium prescribit per Regulam sive Symbolum fidei, quæ ab ini-
tio Euangelij decucurrit; que unitatem in Trinitatem disponit, Patrem, et Filium, et
Spiritum sanctum per omnia via sacramentum.

Vsqueadè ut etiam si uerap[er] Dei admittamus, nec tamen prescribatur, Patrem fi-
lium non habere, aut ipsum se sibi filium fecisse.

Prius illud aduersus Praxean, Patrem et filium duos esse (cui addit et tertium, spiri-
tum à Patre per filium) vel ex Apostolicis probari Epistolis.

Id ipsum probari, ex eo quod filius λόγος appelletur, id est ratio, in scripturis.

Deinde, quod ibidem in Sophie nomine ostendatur.

Ex eo etiam, quod sermo dicatur.

Et vero οὐδὲν hic agnoscit posse, quantumvis eam usurauerit Valentini haeresis;
eo quod prolatum sive genitum dicamus filium à Patre, sed non separatum, ad instar radi-
cis et fruticis, fontis et fluuij, solis et radij, et spiritum sanctum à Patre et filio, ve-
luti apicem ex radio procedentem.

In separatos enim esse ab alterutro; etiam si dicatur: alium esse Patrem, alium filium;

QQ q iii.

TERTULLIA
 Gen. Annotationib.
 PAMELLI

AN
 16.

- x. alium spiritum sanctum; personam nempe, non substantie nomine.
- Posterius aduersus Monarchianos, Patrem ipsum sibi se filium fecisse, mendacij redarguit, tum quod correlative, atque adeo diuersa sint pater & filius; tum quod etiam si Deus nihil sit impossibile, posse Dei voluntas sit Dei; & adeo non probari voluisse id Deum, nisi id fecisse probetur.
- Neque vero tam clare posse probari, Patrem seipsum filium fecisse, atque econtrario ex scripturis, Patrem & filium distincte pronuntiari, constat.
- Id ipsum probari ex eo, quod in creatione hominis Deus singularis pluraliter loquatur.
- Nec tamen propterea plures Deos aut Dominos a nobis dici, quod a nobis agnoscatur Deus & Dominus pater, Deus & Dominus filius, Deus & Dominus Spiritus sanctus; non secus atque solis radium nonnumquam solem vocamus, ita tamen ut duo soles non sint.
- Atqui probari praeterea diuersos Patrem & filium; quod ille invisibilis, hic vero visibilis, in scripturis veteribus inueniatur.
- Deinde & in Novi Testamenti scripturis.
- Porro non sola opera mundi per filium facta, sed & que a Deo exinde gesta sunt, idque in nomine Patris, scripturis conuinci.
- In modo competere etiam filio nomina Patris: omnipotens Deus, altissimus, Dominus virtutum, Rex Israëlis.
- Neque obstat scripturas de unico Deo, ut potest quae filium non excludant, sed idola.
- Eandem esse responsonem ad illud Isaiae: Extendit cælum solus, ex aliis scripturis monstrari.
- Illis etiam non suffragari verba Christi: Ego & pater unum sumus; aut: Qui me viderit, videt & patrem; aut: Ego in patre, & pater in me.
- Praescribi enim, alium Deum, aliun Dei filium, ex Euangelij Ioannis priori parte.
- Item & ex secunda usque ad illud ipsum: Ego & pater unum sumus.
- Vel etiam ex illis ipsis, aliisque Christi verbis, usque ad Philippi interrogationem.
- Ex ipsa quoque interrogatione Philippi, & responso Christi: Qui me videbit, &c.
- Denique ex eodem Euangelio ad finem usque.
- Postremo & ex aliis Euangelii, & inter cetera mandato Christi: Ut tinguerent in Patrem & Filium & Spiritum sanctum; nam nec semel, sed ter, ad singula nomina, in personas singulas tinguimur.
- Porro contra eosdem facere, quod Patrem spiritum, filium carnem, in una persona distinguunt; quum carnem induitus sit filius Dei, non in eam transfiguratus. Omne enim quod transfiguratur in aliud, definit esse quod fuerat, & incipit esse quod non erat; at filius Dei perseverauit in forma Dei.
- Nec minus illud, quod Patrem Christum, filium Iesum stultissime faciant; tum quod vincio Patri non competit, a qua dicitur Christus; tum quod scripturæ eundem ubique testentur Christum Iesum, & Christum Dei appellant.
- Sufficere itaque Christum filium Dei mortuum dicere & crucifixum, idque secundum humanam substantiam; Patrem vero nec compassum dici posse.
- Maxime quum Christus in passione exclamarit: Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?
- Denique

Denique Iudaicæ fidei esse, sic unum Deum credere, ut illi neque filium, neque spiritum xxxii.
sanctum adnumerare velint; & Antichristi esse, negare Patrem & filium.

Ceterum quod Tertullianus aduersus Praxean scripsit, testantur B. Optatus Melititanus lib. 1. adu. Parmenianum, & Vincentius Lirinensis aduersus heres; nominatim etiam hunc librum citat B. Hieronymus initio Tradit. Hebraic. in Genesim, verbis infra allegandis cap. 5. num. 43. Eundem hunc librum MS. viderunt Trithemius & Politianus; in lucem vero edidit Rhenanus primum cum Scholiis, deinde & Adnotationibus, ex tribus codicibus MS. Castiganuit deinde ex codice Britannico Gelenius; nos de quo iterum ad tria Vaticana MS. exemplaria recognouimus, nouisque Argumento & Adnotationibus auximus.

Q. SEPTIMII FLOREN
TIS TERTULLIANI CARTHAGINIENSIS
PRESBYTERI ADVERSUS PRAXEAN
Liber, 2 de Trinitate.

No
18

A RIE³ diabolus æmulatus est veritatem. Adfectauit illam aliquando CAP. I.
defendendo concutere. Vnicum Dominum vindicat omnipotentem
mundi conditorem, ut & de vnicō hæresim faciat. Ipsum dicit patrem
descendisse in virginem, ipsum ex ea natum, ipsum passum, denique
ipsum esse Iesum Christum. Excidit sibi coluber, quia Iesum Christum
post baptismā Ioannis tentans, ut filium Dei adgressus est, certus filiū,
Deū habere, vel ex ipsis scripturis, de quibus tunc tentationem struc-
bat: Si tu es filius Dei, dic ut lapides isti panes fiāt. Item: ⁴ Si tu es filius Dei, deūice te hinc. Matth. 4.
Scriptum est enim, quod mandauit angelis suis super te, vtique Rater, vt te manibus suis 1. Cor. 13.
tollant, nec ubi ad lapidem pedem tuum offendas. Aut nunquid mendacium Euangeliis
exprobabit, dicens, viderit Matthæus & Lucas. Ceterum ego ad ipsum Deum accessi,
ipsum omnipotentem cominus tentaui. Ideo & accessi, ideo & tentaui. Ceterum si filius
Dei esset, nunquam illū fortassis dignarer. Sed enim ipse potius à primordio mendax est:
& si quem hominem de suo subornauerit, ut Praxean. Nam iste primus ex Asia hoc genus
peruersatis ⁵ intulit Romanæ humo, & alias inquietus: insuper ⁶ de iactatione martyrij
inflatus, ob solum & simplex & breue carceris tardium; quando et si corpus suum tradidit
se exurendum, nihil profecisset, dilectionem Dei non habens, cuius charismata quoque
B expugnauit. Nam idem tune Episcopum Romanum agnoscentem iam Prophetias Montani, Priscæ, Maximillæ, & ex ea agnitione pacem Ecclesiæ Asiae & Phrygiæ inferentem,
⁸ fallâ de ipsis Prophetis & Ecclesiis eorum adseuerando, & præcessorum eius auctorita-
tes defendendo, ⁹ coegerit & litteras pacis reuocare iam emissas, & à proposito recipien-
torum charismatum concessare. Ita duo negotia diaboli Praxeas Romæ procurauit, Pro-
phetiam expulit, & hæresim intulit, ¹⁰ Paracletum fugavit, & Patrem crucifixit. ¹¹ Frutica-
uerant ¹² auenæ Praxeanae; hic quoque superseminatae, dormientibus multis in simplici-
tate doctrinæ, ¹³ traductæ deinceps per quem Deus voluit, etiam euulsæ videbantur. ¹⁴ De-
nique cauerat præstimum doctor ¹⁵ de emendatione sua; & manet chirographum ¹⁶ apud
Psychicos, apud quos tunc gesta res est, exinde silentium. Et nos quidem postea agnitio
Paracleti, atque defensio, disiunxit à Psychicis. Auenæ vero illæ ubique tunc semen ex-
cufferant. Ita aliquā diu per hypocrisim subdola viuacitate latitauit: & nunc denuò erupit.
Sed & denuò eradicabitur, ¹⁸ si voluerit Dominus, ¹⁹ in isto cōmetu; si quo minus, ²⁰ die ibidem.
suo colligentur omnes adulteræ fruges, & cum ceteris scandalis igni inextinguibili cre-
mabuntur. ²¹ Itaque post tempus pater natus, & pater passus: ipse Deus Dominus om-CAP. II.
nipotens, Iesus Christus prædicatur. Nos vero & semp̄, & nunc magis ²² ut instructiores
per Paracletum deductores scilicet omnis veritatis, vnicum quidem Deum credimus; Ioan. 16.

QQq. iiii